



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

**CAVTELÆ**  
CIRCA  
**PRÆCOGNITA**  
**JURISPRUDENTIÆ**  
**ECCLESIASTICÆ**  
IN USUM  
**AUDITORII**  
**THOMASIANI.**



---

HALÆ MAGDEBURGICÆ 1712.  
PROSTAT IN OFFICINA RENGERIANA.




ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO  
V I R O  
Dn.MARQV.LUDOVICO  
DE PRINTZEN,  
POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ  
MINISTRO STATUS INTIMO,  
ORDINIS REGII Aqvilæ NIGRÆ  
EQVITI,  
REGII PALATII PRÆFECTO  
CONSISTORII PRÆSIDI,  
RERUM ECCLESIASTICARUM ET FEUDALIUM  
DIRECTORI,  
COMITAT. RUPPINENSIS ET TERRÆ BELLINENSIS  
PRÆFECTO,  
*cetera.*

DOMINO SUO GRATIOSO

S. P. D.

CHRISTIANLIS THOMASIUS.



Vemadmodum à primis  
statim Christianismi tempori-  
bus, imò à primo rerum publi-  
carum ortu si non collisio aper-  
ta, saltem æmulatio inter sa-  
cerdotium & imperium perpe-  
tuò intercessit, quoties utrumque horum unius  
hominis aut corporis arbitrio vel directioni non  
fuit subjectum; ita non diffitendum est, eos qui  
imperium civile adversus vim vel fraudem sacer-  
dotii sartum tectum conservare vel voluerunt,  
vel

## DEDICATIO.

vel debuerunt, duos potissimum errores commis-  
sisse. Vel enim intempestivis honoribus ac  
divitiis nimis sacerdotium sibi obsequens redde-  
re ac delinire cupientes, hoc ipso imprudenter illi  
arma suppeditarunt, non solum se eximendi po-  
testati civili, sed & hanc plane sub jugum suum  
mittendi , atque autoritatem ejusdem tantum  
non pedibus conculcandi. Vel aliam pla-  
ne et contrariam viam ingressi sacerdotium  
bonis omnibus spoliare ac coram populo con-  
temtum reddere allaborarunt , aut vires propri-  
as non juste metientes intempestiva reformatio-  
ne morum sacerdotii aut ceremoniarum ab eo in-  
ventarum, autoritatem suam stabilire cupientes,  
occasione dederunt incauti , ut vel populus  
tantum non omnem religionem ac pietatem  
vilipenderet, sine quibus tamen nulla societas,  
tantum abest Respublica conservari potest, vel  
ut sacerdotium majoribus viribus, et si occultiori-  
bus pollens , motibus internis excitatis summa-  
imis misceret, & de adversariis Politicis, sive Re-  
gibus, sive Regni ministris triumpharet, atque vi-  
ctorius talibus semper deterius redderetur. Nec  
diffitendum, rarissimae prudentiae specimen esse,  
si princeps media inter impietatem & supersticio-  
nem via sacerdotium debitum honoribus & præ-  
mij

## DEDICATIO.

mis afficiat, & simul tamen autoritatem suam  
ita tueatur, ut sacerdotium sentiat, Ecclesiam esse  
in Republica, non Rēpublicam in Ecclesia, &  
ne in Republica biceps potestas collateralis ori-  
atur, aut ne potestas ecclesiastica politicam pla-  
ne deglutiat. Cum vero Academiæ deberent  
esse seminaria Reipublicæ & Ecclesiæ, deberent  
utique & in Academiis, potissimum vero princi-  
pum protestantium, tractari fundamenta genui-  
na doctrinæ de jure principum circa sacra, nec  
sacerdotium honore & sustentatione debita, nec  
principem imperio justo defraudantia. Sed debe-  
rent. Postquam enim etiam in Academiis  
principum protestantium doctrina vera politica,  
sive de prudentia legislatoria, hactenus fere negle-  
cta aut supine tractata fuit, postquam ibidem in  
facultatibus Iuridicis Professores, potissimum Iu-  
ris Canonici, piaculum sc̄ commissuros esse puta-  
runt, si à traditis hujus juris, veræ doctrinæ de  
jure principum circa sacra plane repugnantibus,  
vel latum unguem recederent, tantum abest, ut il-  
la fundamenta in Academiis hactenus fuerint de-  
bito modo exposita, ut potius de illis vel non fue-  
rit cogitatum, vel etiam, si qui de illis cogitare vo-  
luerint, illi metu potentiaz eorum, quorum inter-  
est, arcana hæc Politica Papatus non detegi facile  
fus-

## DEDICATIO.

fuerint deterriti. Evidem illustris Samuel Pufendorffius, in dissertationibus eruditissimis de Monarchia Papali & de habitu religionis ad Rem publicam, inter Lutheranos primus hic glaciem fregit, ac præcipua fundamenta arcanorum politicorum papatus feliciter destruxit. Sed ut tamen regulariter fieri solet, ut qui primi errores corrigit, non omnia videant, sed multa relinquant diligentia aliorum emendarida aut supplerenda; Ita & tentavi hactenus, ut variis scriptis vel doctrinam Pufendorffii bene positam adversus communes errores defenderem ac stabilirem, vel etiam omissa ab eo aut prætermissa supplerem, aut ubi opus esset, modeste emendarem. Atque hic etiam primarius scopus est cautelarum præsentium circa præcognita Jurisprudentiae Ecclesiasticae, cum ad caput decimum septimum, quod peculiares caute las circa doctrinam de jure summarum potestatum circa sacra tradit, tanquam ad communè centrum colliment omnia reliqua capita tam antecedentia, quam consequentia, ut ex inspectione totius tractatus cui libet Lectori extra partes posito, tacite patebit. Quod vero libellum hunc TIBI, VIR ILLUSTRISSIME & EXCELLENTISSIME, offerre ausus fuerim, rationes equidem è longinquo petendas non afferam.  
Postu-

## DEDICATIO.

Postulabat enim id ausum non solum debita gratitudo, ob multa haec tenus immerenti mihi exhibita beneficia, sed & idem exigebat obligatio, quo TIBI ut Supremo Curatori Academiæ Fridericianaæ rationes reddere doctrinarum mearum obstricetus sum. Omnium vero maxime me ad id impulsum esse confiteor admiratione virtutum Tuarum, magis per nativam ingenii & genii bonitatem, quam per manuductionem doctrinarum Academicarum acquisitarum, quibus, dum jussu **POTENTISSIMI REGIS** Sacro rerum Ecclesiasticarum Consistorio præses, functionem eam ita expedis, ut et **SACRAE REGIAE MAJESTATIS** imperium circa sacra nullum patiatur damnum, & ut tamen sacerdotio debitus honor & protectio conservetur, quo ipso ipsum, etsi rarissimum, **POTENTISSIMI REGIS** exemplum, feliciter imitaris, Cujus pietas exteris pariter & subditis cognita, ita prospicit sacerdotio non Suo solum, sed & subditorum Suorum, ut omnia, quæcunque salva majestate Regia ab **IPSO** expectari poterant beneficia & privilegia, etiam non imploratus clementissime eidem indulget. Ergo vel  
**hæc**

*DEDICATI<sup>O</sup>.*

hæc ipsa consideratio me non potuit non impelle-re, ut meditationes has meas censuræ TVÆ subjic-  
cerem, ut, sic ubi hinc inde lapsus fuero, ad nutum  
TUUM eadem in posterum emendentur. Neque  
despero, fore, quin de sincera mea veneratione  
certissimus, hoc ausum meum serena fronte sis  
accepturum, ac submissæ precor, ut & in posterum  
gratiam ac favorem TUUM continuare in me  
non dedigneris, à Deo vero optimo maximo sta-  
bilem & perennem felicitatem TIBI animitus ap-  
precor. Dabam in Academia Fridericiana cir-  
ca finem Septembris 1712.



b

PRÆ-

# PRÆFATIO.

**P**Romisi ante biennium, cum caute-  
las circa præcognita Jurisprudentia pu-  
blici juris facerem, quod & reliquias par-  
tes doctrinarum fundamentalium in  
eiusmodi cautelas redactas edere vellem.  
Jam igitur sisto priorem sectionem partis quartæ, sed  
priora capita septem illius partis quartæ, quarum rü-  
bricæ sunt 1. de Historia Ecclesiastica veteris foederis.  
2. de Hist. Eccles. Novi foederis usque ad Constanti-  
num; 3. de H. E. inde ad Carolum Magnum, 4. &  
inde ad Carolum V; 5. ac porro inde ad nostra tem-  
pora, 6. de utilitate, quam studiosus juris ex studio  
historiæ Ecclesiastice sibi promittere debeat, 7. de ha-  
bitu religionis ad rem publicam. Sed, uti collatio caute-  
larum præsentium cum istis septem capitibus ostender,  
planè alia est facies cauteriarum, quam doctrinarum  
illarum fundamentalium. Harum enim priora sex capi-  
ta nil nisi excerpta vel potius indicem summarissimum  
& nimis generalem dicendorum ex Arnoldina historia  
Ecclesiastica, tam majore, quam minore desumptum,  
caput septimum autem talern indicem ex Pufendorffii  
tractatu de habitu religionis ad rem publicam excerptum  
continent, lectoribus, si non accedat lectio utri-  
usque auctoris aut expositio oralis, partim proficiam.  
In capite vero sexto pauci conceptus de usu studii hi-  
storiarum Ecclesiasticarum intuitu jurisprudentiarum propoun-  
tur & ipsa multæ explicationis indigentia. At in  
præ-

## PRAEFATO.

præsentibus cauetis, et si singula capita historiæ Ecclesiastice non fuerint repetita; et si paucissima ex Putendorffii libro de habitu religionis ad Rem publicam fuerint altata, longe plenior tamen introduc[t]io ad lectio[n]em historiæ Arnoldinæ & aliorum Autorum selectiorum cum judicio faciendam hic continetur, eo primario collimans, ut præparetur studiosus juris ad famam doctrinam hactenus neglectam de jure principis circa Sacra, quæ singula in doctrinis istis fundamentalibus deficiebant. Ac prima quidem vice has cauetas usque ad caput decimum septimum circa finem anni 1707. & initium anni 1708. selectioribus quibusdam auditoribus describendas dedi, accedente interpretatione vivâ & ostensilis scriptoribus hinc inde allegatis. Cum vero professio iuris Canonici vel Ecclesiastici mihi interea mandata fuerit, non diutius differendam putavi editionem harum cauetarum, adieci tamen a capite decimo octavo primas lectiones juris Canonici anno superiore publice expositas, de origine, incrementis & autoritate juris Canonici, ut quod ipsum caput etiam ad præcognita juris Canonici pertinet. Hac æstate exposui differentias Juris Canonici & civilis. Sequenti anno Deo dante exponam institutiones Juris Canonici ad ductum Lancelotti, & forte institutiones Lancelotti cum notis variorum simul publici juris faciam, ostensurus arcana Politica papatus sub doctrinis Juris Canonici latentia. Tu interim Legitor his utere laboribus nostris in honorem Dei, & commodum proximi.

## Index Capitum.

- I. De Jurisprudentia Ecclesiastica in genere. p. 1  
II. De Historiae Ecclesiastice neglectu, usu, & scopo peculia-  
ri studiosi juris circa illud studium. p. 7  
III. De Cautelis circa Historiam Ecclesiast. generalibus. p. 16  
IV. De Cautelis circa historiam Ecclesiasticam a tempore  
creationis ad tempora diluvii. p. 39  
V. De Caut. circa H. E. a temporibus diluvii ad Mosen. p. 48  
VI. De C. c. H. E. tempore Mosis. p. 51  
VII. De C. c. H. E. a tempore Mosis ad captivitatem Babylo-  
nicam. p. 63  
VIII. De C. c. H. E. a tempore captiv. Babyl. ad adventum  
Christi. p. 70  
IX. De Cautelis generalibus circa H. E. Novi Testamenti.  
p. 82  
X. De C. c. H. E. seculi primi a Christo nate. p. 96  
XI. De C. c. H. E. seculi secundi. p. 115  
XII. De C. c. H. E. seculi tertii. p. 139  
XIII. De C. c. H. E. seculi quarti. p. 149  
XIV. De C. c. H. E. seculi quinti. p. 158  
XV. De C. c. H. E. seculorum sequentium usque ad tempo-  
ra Reformationis. p. 166  
XVI. De C. c. H. E. a tempore reformationis. p. 174  
XVII. De Cautelis circa doctrinam de jure summarum po-  
testatum. p. 182  
XVIII. De Origine Juris Canonici. p. 198  
XIX. De progressu Juris Canonici ad collectionem Gratiani  
p. 215  
XX. De progressu Juris Canonici a collectione Gratiani huc-  
cuse. p. 230  
XXI. De Autoritate Juris Canonici in Germania usque ad  
tempora reformationis. p. 245  
XXII. De Autoritate Juris Canonici post reformationem, in  
terris potissimum Principum Protestantium. p. 276  
XXIII. De utilitate ac neglectu studii Juris Canonici in Acade-  
mias etiam Protestantium, & methodo illud docendi. p. 296



## PRÆFATIO. HUFUS CONTENTA.

**S**ectio I. Utilitas historie juris naturalis. Prima linea hujus historie anno 1694. projecta. Sect. II. Historie juris naturalis anno 1701. a D. Ludovici publice edita. Sect. III. Prefationis in versionem Germanicam Grotii de anno 1707. contenta, & quid per eam historie juris naturalis accesserit. Sect. IV. Plenior elaboratio illarum primarum linearum historie juris naturalis anno 1711. in calatum dielata, nunc impressa. Sect. V. Secunda linea historie juris divini positivi universalis. Sect. VI. Editio secunda Ludoviciana historie juris naturalis anno 1714. & ejus usus. Sect. VII. Variamonia de aliis autoribus historie juris naturalis & de usu appendicis duplicis.

### I.



Um ad melius intelligendas controversias cuiuscunque disciplina multum conducat historia ipsius doctrine ejusque progressus, inde ab eo tempore, quo secunda mearum institutionum Jurisprudentia divina editio bic Hale prodibat, hoc est ab anno 1694. sollicitus fui, ut earum explicacioni private in discursu premitterem Historiam Juris Natura & juris divini positivi universalis, atque simul judicium ferrem de Scriptoribus Juris Na-

a

tura

ture. Sed cum aliis laboribus impedirer, quo minus debita cum diligentia ac cura banc historiam paulo distinctius & plenius proponere possem, saltem ordinis & memoria gratia tum in chartam conjiciebam positiones sequentes brevissimas, materiam prolixiori circa singulas discursui suppeditantes.

## PRIMÆ LINEÆ HISTORIÆ JURIS NATURALIS &c.

1. **P**Hilosophia in lato suo ambitu totam sapientiam complectitur.

2. Et hoc respectu triplex est : rationalis, naturalis, moralis.

3. Ad moralem pertinet Jus Naturæ.

4. Introductis Academiis Philosophia Medicinæ, Jurisprudentiæ & Theologiæ fuit opposita. Philosophia hauriebatur ex Aristotele, Medicina ex Galeno, Jurisprudentiæ ex Justiniano, Theologia ex sententiis Lombardi.

5. Nulla tamen professio peculiaris Juri Naturæ fuit data, imo vel ideo hæc disciplina a Philosophis neglecta fuit, quia de ea nihil tradiderat Aristoteles. (*conf. Patr. Philos. Pract. Tabula de Legibus & Confiliis*)

6. Eadem etiam a Jurisconsultis fuit neglecta, cum propiaco haberetur, ultra Justinianum velle sapere.

7. Igitur disciplinam derelictam occuparunt finium extendendorum maxime studiosi, Theologi Scholastici.

8. Inde tot volumina Moralistarum de justitia & jure, puta Molinæ, Lessii, Escobarii, Dianæ, Durandi de S. Porciano &c.

9. Sed & hi præterquam, quod fundamento destituerentur, Jus Naturæ ex ineptiis Metaphysicis, & grillis, quibus doctrinam de Dei essentia incomprehensibili conspurcave-

caverant, deducere volentes; præterea etiam, omnia jura, divina, humana, naturalia, positiva misere miscuerunt.

10. Debuisset igitur post reformationem, præprimis, postquam Lutherus tam serio detestatus erat Philosophiam scholasticam & Aristotelicam, hæc disciplina utilissima a fæcibus istis & fôrdibus purgari. Sed debuisset.

11. Nam partim cura Philippi, partim opera successorum Lutheri Theologia scholastica & Philosophia Aristotelica in integrum restituta, & hoc modo etiam simul propagata fuit illa Ethica Aristotelica & Pseudo-Theologia moralis.

12. Jurisconsulti vero videntur emendationem neglexisse, partim ne irritarent Theologos, partim ne detraherent autoritati Justiniani, partim quia disciplina hæc non ita aurea ipsis esse videbatur, ut aurea praxis.

13. Instituit vero repugnationem juris naturæ, atque id in formam artis redigere intendit in Gallia ex Belgio exul Hugo Grotius, vir omnigena eruditione instructus, suasu Nicolai Peireskii, in Anglia vero Thomas Hobbes, vir subtilis ingenii, cuius vita peculiari tractatu nunc edita est. Vitam Grotii aut potissima ejus capita suo in Grotium commentario præmisit Joh. Adamus Osiander.

14. Thomas Hobbes varia scripta edidit, quæ conjunctim etiam prodierunt. Ex memoria succurrunt: Liber de homine, Leviathan, & qui huc potissimum pertinet tractatus de cive. Fundamentum posuit lubricum & falsissimum, jus omnium in omnia, & statum naturalem humani generis bellum omnium contra omnes.

15. Huic se opposuerunt multi, Gisebertus Coquius, Templerus in idea Theologiæ Leviathanis, Franciscus Julius Chopius de potestate & obligatione, Robertus Scharrokius de officiis secundum Jus Naturæ, Richardus Cumber-

land de legibus naturæ, Samuel Strmesius in Praxiologia Apodictica & Dominus a Pufendorf. Desingulis dictum.

16. Hugonis Grotii intentio fuit, in libris de jure belli & pacis separare jus naturale a jure positivo, divinum ab humano. Fundamentum posuit partim obscurum & falsum, Scholasticorum convenientiam cum sanctitate divina, partim verum, & olim jam a Cicerone de officiis inculcatum, convenientiam de socialitate humana. Immiscuit etiam multa Theologica, vnde multi in eum commentati sunt.

17. Primus, quod sciam, stricturas in eum scripsit Johannes a Felde, cui vindicias infeliciter opposuit Theodorus Graswinckelius, pro merito exceptus a Feldorf in itera- ta editione stricturarum. Dictum hic etiam de libellis Gvi- lielmi Grotii & Hugonis de Roy de eo, quod justum est, item de Bœcleri commentatione in Grotium non absoluta, nec ab- solvenda; de dubiis in scriptis Bœcleri saepe multiplicatis & ra- rissime resolutis, de judicio Sarcmasii de Bœclero &c.

18. Secutæ sunt Casparis Ziegleri notæ in Grotium bre- ves, elegantes, & quibus nihil deest, nisi quod optandum esset, ut in proiectiori ætate secundas curas iis adhibuisset Juriscon- sultus sine exemplo celebris.

19. Johannes Adamus Osiander Theologus Tübingen- sis in observationibus ad Grotium, politica pleraque ex Zieg- lero, etiam suppresso eius nomine, exscripsit. Theologicas censuras potissimum ex Scholasticis hausit & pro more pro- lixa eorum loca magno cum legentium tædio inseruit, vir a- lias subtilis quidem, sed non exacti iudicii. Dictum etiam de eius typo legis naturalis. (*Quid tum dixerim patet ex Dn. Lu-довici Histor. Jur. Nat. §. 28. p. 19.*)

20. Henricus Henniges in notis suis ad Grotium po- tissimum stabilire intendit doctrinas politicas Johannis Fri- derici Hornii, acres subinde stricturas adiiciens contra Zieg-

Zieglerum, Limnæum, Struvium, alios, non tamen sine judicio. In juventute scripsit & alios etiam tractatus juris publici de potestate imperatoris edidit.

21. Valentinus Velthemiūs, Professor Jenensis, secundum hypotheses Theologiae moralis scholasticæ ad Grotium commentatus est, unde, quæ supra §. 9. de Scholasticis dixi, hic repetenda erunt.

22. Edidit etiam Grotium cum notis noster collega, Dn. Consiliarius Simon. Sunt notæ eruditæ quidem, sed, ut viderur, extemporaneæ. Dissertationes ejus ad specialia quædam capita ex Grotio cum majori cura elaboratae sunt & commendationem merentur.

23. Mihi se præ reliquis commendavit clarissimi Kulpisii Collegium Grotianum, partim ob iudicium, partim ob concinnam beatitudinem.

24. In quæstiones Grotianum opus redegerunt Klenkius, Schefferus, Vitriarius.

25. Nuperrime Dn. Joh. Christoph. Becmanus Grotium edidit cum notis variorum, vel excerptis ex notis variorum. Gronovii notæ breves sunt, nec magni momenti.

26. Idem Dn. Becmanus ex aliis scriptis notus, videlicet, de dignitatibus illustribus; historia terrarum geographicæ & civili; meditationibus politicis; politicis, parallelis; lineis doctrinæ moralis. Est vir multæ lectionis & raræ, & non contemnendi judicii. Ipse solus ex Germanis in meditationibus politicis hypotheses Hobbesii contra Pufendorfium defendere intendit, sed ejus quidem rationibus, ut puto, facile satisfieri potest.

27. In Belgio eandem intentionem habuit Lambertus Velthuyssius, Medicus, in tractatu de principiis justi & decori, sed vereor, ut ejus defensio sit ad mentem Hobbesii. Ejus opera conjunctim edita sunt, & præ reliquis tractatus de

pudore commendandas, ad suppeditandus, cum prædente ulteriores meditationes de differentiis justi & decori.

28. Venio ad Pufendorfium. Is sub manuductione Weigelii primus in Germania cogitavit moralia principia ad scientiam redigere in elementis Jurisprudentiæ universalis, methodo mathematica conscriptis, ubi Grotio & Hobbesio se multum debere fatetur. Ferebant istum tractatum sine oppositione Philosophi Aristotelico-Scholaſtici, quia ipsorum ineptias non disterre oppugnaverat.

29. At postquam majus opus de jure naturæ & gentium publicavit, in quo aperte disputavit contra sententiam Scholasticorum, mox crabrones irritavit, ut litigia inde orta ultra quatuordecim annos duraverint.

30. Primus prodiit index novitatum, autore Josua Schwarzio, obſtricante Nicolao Becmanno, contra quem Pufendorfius edidit apologiam.

31. Cum vero ob hunc indicem, qui in aula Suecica ut libellus famosus considerabatur, Becmannus professione juris privaretur, & relegaretur, varia virulenta scripta Becmannus adversus Pufendorfium edidit, quæ scriptis satyricis partim ab ipso Pufendorfio, sub persona Petri Dunnæi, Pedelli, partim a fictilio quodam Rolleto, cui verum nomen Klingeri erat, (qui ob causam Pufendorffii carcerem & inquisitionem prope Hispanicam Jenæ sustinuerat) vindicata sunt, quanquam stultitia Becmanni non melius, quam ex ipsius scriptis contra Pufendorfium cognosci possit. Post relegationem etiam transiverat in castra Pontificiorum.

32. Josua Schwarzius, Theologus Londinensis, prætexendo, indicem se inſcio fuisse a Becmanno publicatum, pœnam evaserat, & quamvis in Apologia & aliis scriptis a Pufen-

Pufendorfio subinde notaretur, tacuit tamen, usque dum post bellum Danico-Svecicum, ipse ob adhortatos Svecos, ut Regi Daniæ homagium præstarent, cogeretur aufugere ex svecia. Tunc enim sub persona privigni Severini Wildschütz ante paucos annos scriptum virulentum adversus Pufendorfium edidit, quod non tantum Pufendorfius satyra quadam sub nomine Schwarzii ad Wildschützium, sed & amicus quidam Pufendorfii, satyra selectissima contra omnes studiorum ineptias, sub persona Nicolai Becmanni Wildschützio de devicto Pufendorfio gratulantis, debito modo excepit.

33. Interim Scherzerus ex invidia ab indice novitatum occasionem sumens, proceribus aulæ Saxonicae suadebat, ut de Pufendorfii libro, tanquam maxime suspecto ex Aula ad Academiam scriberetur. Quare Pufendorfius, epistola ad Scherzerum ipsum, eum modeste provocabat; Scherzerus vero, more sui similiūm Pseudo-Theologorum, disputationem cum adversario tali ac tanto detrectans, imperrabat rescriptum ex aula, in quo disputatio ipsi interdicebatur.

34. Scripsierat interea fanaticus quidam, nomine Lyserus, sub larvâ Sinceri Wahrenbergii pro polygamia. Adversus hunc inter alios calamum strinxerat Superintendens Gardelebiensis, Gesenius, Christianum Vigilem se nominans. In eo scripto non obscure indicaverat Gesenius, quod putaret, sub Sinceri Wahrenbergii nomine latere Pufendorfium. Contra hoc assertum exceperat quædam Pufendorfius in Apologia. His opposuit Gesenius scriptum sub titulo: Iniquitas Pufendorfii contra jus naturæ, & (cum huic etiam scripto quædam opposuisset Pufendorfius in epistola ad Scherzerum) aliud sub titulo: Christiana benedictio ad impiam & immanem maledicentiam Pufendorfii. Utrumque scriptum characterem exprimit Theologi Pseudo-Christianii, hypocritæ, hæretificis.

35. In-

35. Incipiebat etiam Valentinus Velthem, Professor moralium Jenensis, anno 1674. in duabus disputationibus scholasticam perfectatem moralitatis actuum juris naturæ defendere. Hujus objectionibus breviter respondit Pufendorfius in Epistola dicta ad Scherzerum, tum & in specimine controversiarum. His regesserat etiam non nulla Velthemi, passim in introductione ad Grotium anno 1676. publicata. Et pro Pufendorfio contra Velthemi scriptarolletus in scripto adversus Becmannum, propterea Jenæ incarcерatus.

36. Præterea etiam Samuel Strimesius & Johannes Joachimus Zentgravius, Professores, ille Francofurtanus, hic Argentoratensis, Pufendorfio litem moverunt de fundamentali propositione juris naturæ, quibus responsum est a Pufendorfio in specimine controversiarum.

37. Diutissime omnium durauit controversia cum Valentino Alberti Professore Lipsiensi. Hic in præfatione ad collegium MSc. super librum Grotii de jure belli & pacis, tum postea in compendio juris naturæ subinde suggillaverat Pufendorfium, qui ei in specimine controversiarum respondit. Alberti regessit in specimine vindiciarum. Secuta fuerunt ex parte Pufendorfii Eris Scandica, ex parte Alberti Eros Lipsicus. Hunc excipiebat pro Pufendorfio invengstus pullus Veneris Lipsicæ. Præterea Seckendorfium præter ipsius voluntatem huic controversiæ immiscuerat Alberti, eumque etiam ignarum defendere voluit Tobias Pfannerus. Tandem interponentibus se amicis lis cum Seckendorfio & Alberto fuit composita.

38. Edidit, porro Pufendorfius sub nomine ficto Monzambani dissertationem de statu imperii Germanici. Fundamenta ibi posita evertebant hypotheses communiter receptas. Unde concursus adverſariorum: Pacifici a Lapide,

de, Martini Schoockii , aliorum , & inter hos etiam Caroli Scharschmidii. His respondit Pufendorfius in appendice ad dissertationes suas , & in specie contra Scharschmidium Rolletus edidit libellum , cui titulus : Scharschmidius vapulans.

39. Dicta denique nonnulla sunt de Pufendorfii tractatu de habitu religionis ad rem publicam.

### PRIMÆ LINEÆ HISTORIÆ JURIS DIVINI POSITIVI UNIVERSALIS.

40. Jam pauca quædam dicenda restant ad historiam juris divini positivi universalis pertinentia. Lex divina communiter dividitur in moralem , ceremonialem , forensem. Ita discunt pueri nostri ex compendio Hutteri. Lex moralis , naturalis , decalogus a plerisque habentur pro synonymis. Jungenda his est illa communis assertio : Principem solutum esse legibus , exceptis divinis seu naturalibus , & fundamentalibus , (quæ tamen potius pœta sunt.) Vides hic nihil commemorari de jure divino positivo universali.

41. Cum vero fanaticus Lyserus receptam sententiam , quod Polygamia sit contra jus naturæ , multis scriptis strenue oppugnare non desineret , & in Polygamia triumphatrice contra sententiam communem triumphum canere non erubesceret , senserunt quidam viri acutiores , etiam Theologi , v.g. Scherzerus & Osiander , refugiendum esse ad jus quoddam positivum universale , Principes etiam obligans , quod jus , ni fallor , ab ipsis Theologis tum temporis vocabatur morale positivum.

42. Hujus juris necessitas & usus exinde quoque apparebat , postquam disputatione publica , anno 1685. Lipsiæ habita , de crimine Bigamiæ ostenderam , ne quidem muliebris Polygamiæ prohibitionem ex solo iure naturæ demonstrari posse , murmurantibus quidem multis eruditis , sed ob deficientiam rationum evidentium , publice contradicere non audentibus . Ut jam taceam , nullas libidinis species ex jure naturali

naturali sufficienter impugnari posse, quod ostendi cap. 2.  
libr. 3.

43. Sperabam igitur, Theologos nostros, ut qui valde turpiter habiti erant a Lyfero, illam juris speciem ex tenebris in lucem producturos esse. Sed evolvens cum maximo defiderio novissimos illius temporis tractatus Theologicos de Theologia moralis, ne verbulum quidem ea de re, sed solum communis sententiae supra §. 40. recensitae repetitionem ibi deprehendebam.

44. Sperabam etiam, Kulpisium id præstiturum esse, postquam in Collegio Grotiano id se facturum promiserat. Sed hic ad negotia aulica vocatus studia Academica quasi derelinquere cogebatur.

45. Ergo ipse tentavi in præsentibus institutionibus, primus, (quod absque iactantia dictum sit) jus divinum positivum univ ersale a jure naturali exacte separare, non tantum definitionem & differentias per spicue tradendo lib. I. sed & leges ipsas, quæ ad istam Jurisprudentiam pertinent, & quidem ad causas matrimoniales & præcepta de poenis libro 3. cap. 3. & 7. distincte exponendo.

46. Cum vero ita cogerer, multa paradoxa afferere, & simul in libro I. momenta potissima controversiarum Pufendorfio motarum, addito iudicio, succincte recensuisse, ac hypothesin Pufendorfianam defendissem, ægre id ferebant Theologi Lipsienses, & maxime D. Alberti, vnde fundatum primum persecutionis meæ Lipsiensis, de qua paucis, secundum ordinem controversiarum, a facultate philosophica, ministerio Ecclesiastico, Masio, Pfeiffero, facultate Theologica Lipsiensi, ac denique Theologis Wittenbergensibus mihi motarum, dictum fuit.

II. Quemadmodum ausem brevis bac bistoria juris naturalis delineatio non solum grata & accepta erat studiose juventuti; ita optabant multi, ut ejusdem explicatio, in discurso facta, in secur-

secundis curis ipsi delineationi & textui a me adjiccerentur; Imo ipse, ut id fieri posset, optabam, cum deprebenderem, partim ab iis, qui discursum calamo exceperant, mentem meam non fuisse bene perceptam, imo sepe alienam mentem, & doctrine meæ oppositam fuisse mibi afflictam, partim quod non pauci vel ex malitia & cum intentione mibi inimicos parandi, vel ex libidine & cupiditate adversariis meis insultandi, judicia a me de autoribus recensitis libere quidem, sed moderate lata, additius aliis vel immutatis meis verbis referrent, ut en fortius dissentientes pungerent. Sed non permittebant ordinaria mea negotia tum temporis, & extraordinaria etiam magis necessaria, ut desideriis & votis istis satisfacere possem. Unde rem mihi valde gratam faciebat honoratissimus Collega Ludovici, cum anno 1701. delineationem historiæ juris divini naturalis & positivi universalis ederet, in qua non solum multa eorum deprebendebam meliori fide relata, que in discursu proposueram, sed & eadem per allegationem scriptorum buc pertinentium, ab ipso Dn. Autore debita diligentia inspectorum, confirmata, & insuper alia etiam, vel a me omissa, vel que post primas meas lineas in hoc scribendi genere in republica litteraria contigerant, pariter relata ac suppleta esse. Quare etiam ab illo tempore in lectionibus privatibus super historiæ juris naturalis & divini positivi universalis ad minimum duabus vicibus isto libello Ludoviciano, loco primarum illarum linearum, Sectione I. adductarum, usus sum.

III. Neque tum putabam, ulteriori diligentia mea opus esse, cum historia illa Ludoviciana sufficere posset incipientibus, nec tum etiam tempus mibi supereffet, prolixiora meditandi. Sed accidit anno 1707. ut bibliopola Lipsiensis, versionem germanicam librorum Hugonis Grotii de jure belli & pacis edere cupiens, a me peteret, ut prefationem huic versioni adjicerem. Exhibebit ea historiam juris nature usque ad Grotium, & de dignitate ac utilitate versionis germanica differit. In specie vero, quod historiam attinet, docui, communem miseriam humanam esse, quod

omnes velint felices esse, & tamen propria infelicitatis fabri sint; sum ostendi, quodnam sit commune remedium aduersus hoc malum, qua occasione egi de prudenti usu luminis naturalis, & supernaturalis, ne illa confundantur; de sensibili differentia utriusque luminis; de communibus eruditorum erroribus a sensibili illa differentia recedentibus; de duabus primariis horum errorum causis, nimirum irrationali doctrina, ac si boc duo lumina sint opposita, & inepta methodo, incipiendi a supernaturalibus, et si difficilioribus, & plane negligendi naturalia. His premissis differui de corruptione universalis Philosophia moralis apud Etbnicos; de brevi duratione sane & Christiane & Apostolicae doctrinae moralis; de errorum ethnicorum introductione in Christianismum per eruditos, usque ad tempora Constantini Magni; de nimia a tempore Constantini Magni exaltatione luminis naturalis ex philosophia Platonica; de totali neglectu ex altera parte luminis naturalis, tam in Philosophia rationali, quam naturali & morali; de duabus praecipuis Christianorum sectis, Orthodoxorum & Mysticorum, & horum oppositis doctrinis; de barum sectarum comparatione, discrepantia & convenientia; de communi & pene universalis inter Christianos ignorantia & servitute, orta potissimum ex rejectione vel suppressione recte rationis & veritatum sensibilium; de miserrima conditione scholarum tam superiorum, quam inferiorum; item de origine quatuor Facultatum Academicarum; de navis Etbica Aristotelica & Scholastica; de navis Jurisprudentie naturalis in Facultate Juridica; de misera conditione Theologia Academica Orthodoxorum; de testibus veritatis quoad agnitionem illius miseria ante reformationem; de origine Theologia mystica, & de bujus statu & conditione sub Theologis Scholasticis; de causis, cur per & post reformationem miseria illa non fuerit emendata, sed potius nisi Theologie Orthodoxorum pariter & Mysticorum rursus introducti & stabiliti fuerint; de statu Philosophia moralis & juris naturae initio seculi decimi septimi, ac denique de Hugone Gro-

tio, tanquam singulari divine providentia instrumento, jus naturæ ex tenebris in lucem protrahente. Cum vero possea banc prefationem cum primis illis lineis historia juris naturalis Sectio-ne I. exhibitis, conferrem, deprehendebam, magnam historię ac-cessionem per illam. prefationem factam esse, atque adeo eam commentarii loco saltem ad priores 12. positiones istarum linea-rum esse posse.

IV. Quare, cum anno 1711. iterum in lectionibus privatis bistoriam juris naturæ explicare instituissim, tentavi & reliquas positiones primarum illarum linearum paulo distinctius propone-re atque auditoribus novam elaborationem curavi in calamum dictari, in ipsis lectionibus discursu ulterius exponendam. At-que hoc est, quam typis impressam jam sisto, bistoria plenior ju-ris naturalis, sex constans capitibus. Priora capita quinque re-petunt saltem dicta, in prefatione Grotiana modo memorata, ea-que in linguam latinam versa exhibent, additis solummodo hinc inde paucis declarationibus aut allegationibus aliorum a me scri-pteorum, vel aliorum autorum, qui fusiis de doctrinis, ibi memora-tis, egerunt, & additis etiam aliquando, sed rarissime, nouis pa-raphabis, in prefatione illa non contentis; interim tamen majori-bus illis prefationis parraphabis hic in plures easque minores pa-raphagos divisis; Sic primum caput bistorie presentis, pa-raphabis 27. constans, in prioribus 21. parraphabis repetit priores octo parraphagos prefationis, que vero in parrapho 22. sequen-tibus continentur, in prefatione illa frustra queres. Fata Juris-prudentia naturalis in Gentilismo & Judaismo usque ad adven-tum Christi summatim proposuit unicus §. videlicet 9. in prefatiu-ne: longe distinctius vero caput secundum presentis bistorie, in 18. paraphbis, non nulla etiam de novo addens. Caput tertium i. 48. parraphabis repetit salem novem parraphbos prefationis, vide-licet a §. ibi 10. ad §. 18. inclusive. Septem sequentes parraphhos, de-cimum nonum ad vegeſimum quintum habes hic in 30. parraphabis capitis quarti & reliquos quatuor a §. 26. ad 29. in 15. parraphabis

b 3 :      ¶      capit is

capitis quinti. Caput sextum & ultimum huius presentis bistoriae plenius exhibet primarum linearum paragrapnum 13. usque ad 39. in quo operam dedi, partim ut, quæ in primis lineis nimis succincte dicta erant, plenius & perspicuore ordine exhiberentur, ita tamen, ut ea, quæ bac parte jam a D. Ludovici explicata erant, paucis verbis indicarentur, addita remissione ad eius bistoriam.

V. Quod autem primas lineas bistorie iuris divini positivi universalis supra a §. 40. ad finem descriptas, attinet, volebam guidem & hanc peculiari capite plenius proponere, idque eo magis videbatur esse necessarium, quia jam illo tempore egomet ipse banc juris divini speciem, quam primus antea stabiliaveram, primus etiam iterum destruxeram. Sed impeditabar aliis laboribus impropositis, sic, ut cogerer, saltē in discursu explicare istos paragrapbos primarum linearum, modo indicatos, & que bistoria illi illustranda aut continuanda inservire poterant, iſtis brevibus positionibus memoria gratia inclusoram.

## SECUNDÆ LINEÆ HISTORIÆ JURIS DIVINI POSITIVI UNIVERSALIS.

1. Assertioni juris cuiusdam divini positivi universalis occasionem dederunt varia dissidia inter Theologos Protestantes & Politicos circa controversias coniugiales: (de Pontificiorum enim ineptiis, collectis a Sanchezio in opere de matrimonio, & ab aliis, dicere non attinet.) Referam saltem controversias potissimas.

2. Prima fuit de conjugio cum defunctæ uxoris sorore inter Strauchium & Bucholzium, cui postea se immiscuit Havemannus. (Dictum hic de occasione controversiæ, scilicet de lite Strauchii cum Calixto super significatione fornicum, & de responso Rintelensem Jurisconsultorum, Calixto dato.) Accedant responsa Germanica collecta in causa Oettingensi. (Ut de lite, anno 1718 inter Kettnerum & Gœzium resuscitata, nunc nihil dicam.)

3. Secunda de polygamia. Huc pertinet scriptum Sinceri Wahrenbergii, contra quem scripsere Brunsmannus, Dæcmannus, Feltmannus, Christianus Vigil, Musæus. His opposuit defensor, sub nomine Theophili Alethæi & Athanasii Viencentii Polygamiam triumphatricem, in quo scripto eos, qui ex principiis juris naturæ poly-

polygamiam oppugnare voluerunt, false & non sine iudicij acumen, exagitavit. Huc pertinet etiam scriptum Daphnzi Arcuarii, in quo responsum Lutheri & Melanthonis maxime notabile extat.

4. Tertia de conjugio Eunuchi, circa quam responsa collegit Hieronymus Delphianus.

5. Quarta de conjugio consobrinorum, vbi controversiam circa explicationem dicti Levit. XLIX. vers. 11. Theologis movit iterum non sine iudicio Samuel Bohlius.

6. Possent adhuc alia controversiaz similes oriri de incestu parentum & liberorum, de divertio, de sodomia, de concubitu cum menstruata, per dicta in Institut. Jurisprudentiaz divinæ in capite de conjugio.

7. Postquam igitur ex his & aliis rationibus & ex desiderio doctissimi Kulpisii operam dedisse, ut istius Juris divini existentiam & essentiam demonstrarem, in dictis institutionibus, displicuit doctrina hæc mea multis.

8. Quoad ipsum principium Hieronymo Brucknero in decisionibus matrimonialibus: quoad conclusiones & decisiones in causis matrimonialibus, partim Scholasticis Theologis in Porussia, partim Pseudo-Mysticis in Lüdt und Recht.

9. Contra aliis placuit, vt Buddeo, Webero, & in Pomerania Palthenio. Sed voluerunt tamen hi, ad evitandam invidiam aliorum, admiscere orthodoxiam scholasticam & adeo meis inventis solum lucrari laudem absque odio. Sed accidit iis, vt in genere illis, qui volunt esse Neutralistæ, cum tamen magis ad prævaricatorum classem referendi sint, (nequaquam ad classem committentium crimen prævaricationis.)

10. Lipsienses adversarii (de quibus vide apologiam post Brenneisenii Fürsten-Recht) inserebant conclusiones meas thesibus Atheisticis per Pfeifferum, quibus tamen satisfaciebam in peculiari collegio.

11. Quid autem nunc me moverit, ut mutaverim sententiam, dixi potissimum in cap. procœiali fundam. Jur. nat. & gent. § 8. seq.

12. Id tamen non credendum est, simul & uno momento, sed pedetentim factum esse.

13. Potissima ratio, ibi omissa, fuit agnitio intima miseriz Theologiz Pseudo-Mysticæ, quæ jubet rationem abjicere.

14. Vide-

## PRÆFATIO. SECT. V.

14. Videbam, quosdam alios meo vitulo arasse, & tamen simul doctrinas suas mysticas immiscuisse, unde non potuit non ex hac mixtura tantum non ubique doctrina sibi ipsi contradicens oriri, quam perspicue sentiebam, ipsi autem, rationem omnem abiicientes, minime sentiebant.

15. Quærebam ipse, teste Philosophia mea morali, subsidia in emendatione doctrinarum, a Mysticis traditarum, legebam Mysticos multos & Cabballistas cum magna cura & attentione; neque statim sentiebam fraudem latentem, cum ipsi non ita crasse juberent rationem abiicere, sed purgare saltem.

16. Tandem in perfectione tractatus mystici de vita Theresia palpabam evidenter, fundamentum præcipuum Theologiaz mysticaz quæri in plenaria abjectione rationis, & subjectione absoluta voluntatis propriaz directioni hominis maxime irrationalis, & tantum non bestialis, modo esset Clericus.

17. Sentiebam aliquos ex Mysticis nostrorum temporum sub prætextu illuminationis rapi vel ad Enthusiasmum, vel ad actiones omnino turpes, & deesse reliquis medium rationale (abjecta vide-licet ratione) illos convincendi.

18. Sentiebam, alios (cum Bernhardo & aliis ex medio Papatu) abduci ad principia Pseudopolitica & tantum non Jesuitica.

19. Scilicet, quod quidam eorum nollent ferre dissentientes, sed eos evidenter calumniarentur, alii vero se immiscerent in omnia negotia politica sub prætextu promovendæ gloriæ divinæ; alii pertinaces essent, & ad palliandam hanc pertinaciam provocarent ad conscientiam suam; alii iactarent falsa miracula; alii commendarent Separatismum; alii introducerent ac foverent dissidia domestica, ac sub specie visitationum domesticarum vellent pedetentim acquirere regimen singularum familiarum; alii resisterent mandatis Principum, si non essent ad eorum palatum, sub prætextu, Deo plus parentum esse, quam hominibus; alii denique vellent tollere aut corrige-re ordinationes politicas secundum suam phantasiam; & tamen in his omnibus vellent persuaderet aliis, quod se gerant mere passive.

20. Uno verbo, sentiebam, eos fieri incorrigibiles.

21. Et tamen in hos omnes errores eos seductos esse bona fide per abjectionem rationis & enthuasiasticam illuminationem illius Theologiaz Pseudo Mysticaz.

22. Igitur

22. Igitur emendavi doctrinam de jure naturæ & jure divino positivo universalis in fundamentis juris naturæ & gentium.

23. Sed hæc emendatio displicuit Genskio, Webero, Buddeo, qui in oppugnatione emendatæ huius doctrinæ gloriam quæsiverunt, quam equidem ipsis non invideo, miror magis.

*VI.* Porro anno 1714. prodiit nova & secunda editio Historie Ludoviciana juris naturalis & juris divini positivi universalis, in qua non solum in bistoria juris naturalis addidit Vir Consultissimus judicium de nonnullis autoribus, qui post primam illius bistorie editionem juris prudentiam naturalem scriptis suis illustrare voluerunt, sed & objectionibus nonnullis respondit & in bistoria juris divini positivi universalis summatim causas recensuit, cur opinionem priorem de illo jure divino positivo mutaverim. Ut adeo, si ibi pag. 186. seq. dicta jungas, cum illis, que ipse differui partim in prefatione ad prudentiam consultatoriam, partim in capite præomiali ad fundamenta juris naturæ & gentium, ea commentarii loco esse possint ad ea, que in modo exhibitis lineis secundis de causis mutata prioris sententie summatim dixi, exceptis illis, que ibi a §. 13. ad §. 21. de mystica Theologie abusu notavi, que etiam, cum paulo distinctius sint proposita, non adeo magna explicazione opus habent, praterquam quod etiam ea, que in presente pleniore bistoria juris naturalis capite 3. 4. & 5. de Theologia mystica dicta sunt, ad illorum intellectum distinctiorem multum conferre possint. Reliqua, que in primis lineis Sect. I. §. 40. seq. & in secundis lineis, prioribus septem paragrapbis, de occasione & causis introducti in re: literariam juris divini positivi universalis dicta sunt, ex eadem bistoria Ludoviciana §. 108. seq. multum luminis accipiunt. Quid? quod etiam intuitu eorum, que in presente pleniore bistoria juris naturalis noviter addidi, aut ratione ordinis referendi mutavi, auditoribus meis utile futurum sit, bistoriam Ludovicianam conferre, cum non pauca deprehensi sint a me, ideo potissimum, quod jam ibi extant, omissa esse, & præterea quandoque, ut in cap. ult. §. 14. & 16. lectores ad illam remiserim.

VII. Sed nec inutile erit, etiam alios conferre, qui post meos conatus historias juris naturalis scripsierunt, inter quos precipue commendo virorum clarissimorum, Jacobi Friderici Reimmanni & Gottlieb Stollii, ex variis bactenus editis eruditis scriptis celebiorum, historias juris naturalis, ab illo anno 1713. ab hoc anno 1718. editas, utpote in quibus varia supplementa autorum, de quibus etiam in praesenti pleniore historia vel ex defectu memoria, vel etiam ob certas & justas rationes nibil dixi, invenient. Utile etiam foret, historiam de hostibus Jurisprudentia naturalis & in specie Pufendorfi, cuius in cap. ult. §. 50. seq. umbram saltem adjeci, paulo distinctionem peculiari capite proponere. & regulas quasdam de charactere autorum, qui vel Jurisprudentiam naturalem scriptis ipsis illustrare, vel de his judicium ferre conati sunt, tradere. Sunt enim illi vel eruditis, vel ignorantibus: vel prejudiciosis immersi, vel ab illis se liberare conantes; vel inimici juris naturae aut Pufendorfi, vel amici. Utraque classis continet inimicos aut amicos, vel apertos vel occultos. Occulti inimici vel laudant, sed cum additione invidarum censurarum, vel scepticismum occulte profitentes, judicium suspendunt, interim tamen ambiguis binc inde censuris mordent. Occulti amici abstinent ab encomiis virorum celebrium, ne Patronos, aut Hypothesitas potentes, qui ipsis nocere possent & vellent, irritent. Urget typographus, ut pluribus mentem meam exponere non valeam. Interim quedam in discussu lectionum publicarum proxime instantium, ea de re addam, & specimenis cuiusdam loco esse poterunt appendices due, cum notis meis, item judicium illustris cuiusdam viri de Pufendorfo, cum censuris Barbeyracii & Weberti, ipsorum editionibus opusculi Pufendorfiani de officio hominis & civis adjectum.

CONTEN-

# CONTENTA IN HISTORIA JURIS NATURALIS.

## CAPUT I.

### CAUTELÆ CIRCA ACCURATAM DISTINCTIO- NEM LUMINIS NATURALIS ET SUPERNA- TURALIS.

**M**iseria hominum communis, quod omnes desiderent in summa felicitate vivere, & tamen omnes sint autores maxime infelicitatis sue. §. 1. Pauci vero infelicitatem suam cognoscunt, pauciores de medius aptis sunt solliciti, paucissimi ea media applicant. §. 2. Cujus infelicitatis iterum autor est homo, non Deus. §. 3. Potissima causa miseria hujus est confuso luminis naturæ & gratia. §. 4. Summus apex sapientia, cognoscere differentiam naturæ & gratia. §. 5. Lumen naturale vel supernaturale vel latè accipitur vel strictè. §. 6. Fines luminis naturalis, latè sic dicti angustiores intuitu objecti & mediorum. §. 7. Augustiores contrà luminis supernaturalis. §. 8. Qui scilicet eranctendunt fines luminis naturalis. §. 9. Differentia Theologie à facultatibus reliquis Academicis. §. 10. Neglectus differentia illius, e quoque effectus triplex. 1.) Subtilis sed obscura doctrina de natura & gratia. §. 11. 2.) Imputationes mutuae confusionis effectuum utriusque luminis. §. 12. 3.) Expunctiones alterutrius ex his luminibus. §. 13. Duo præjudicia primaria, unde isti errores prodierunt. §. 14. I. Opposicio intempestiva horum duorum lumen, cum tamen nequaquam sibi sint opposita. §. 15. Harmonia luminis naturalis cum supernaturali. §. 16. Et hujus cum illo. §. 17. Naturale, cum subordinatum sit supernaturali, nunquam debet seponi. §. 18. Quæstio irrationalis, utrum in casu contradictionis lumen naturale supernaturali, an hoc illi cedere debeat. Et irrationalis responso utriusq; partio. §. 19. II. Inversio methodi. Nam cum deberet incipi à lumine naturali, nunquam notiore & faciliore, §. 20. communiter Doctores luminis supernaturalis naturale data opera ignorant. §. 21. Distinctiones disciplinarum ex lumine naturali provenientium. §. 22. Veritas simplex in omnibus disciplinis luminis naturalis. §. 23. Causa tamen corruptio-

*nisi universalis non in intellectu, sed in voluntate querenda.* §. 24. *Sci-  
cet in ambitione & inde orto studio corroborandi imperium violentum.*  
§. 25. *Doctrine communes eum in finem introducte.* §. 26. *Frustra bu-  
jus doctrina, decepcionem imperantium & parentium.* §. 27.

## CAPUT II.

DE FATIS JURISPRUD. NATURALIS USQUE AD  
TEMPORA NATIVITATIS CHRISTI.

*Connexio capitum hujus cum precedente.* §. 1. *Causa prima corrupti lumi-  
nia naturae, tyrannis.* §. 2. *Et ignorantia ac fraudulentia Sacerdotum Ebc-  
nicorum.* §. 3. *Philosophorum Gentilium errores communes.* §. 4. *In  
specie Philosophia Barbarica,* §. 5. *Poetica,* §. 6. *Jonica,* §. 7. *Italica,*  
§. 8. *Socratis,* §. 9. *(Communis omnium error, voluntatem emendari  
per solum emendationem intellectus.* §. 10.) *Platonis,* §. 11. *Cynica,* §. 12.  
*Stoica,* §. 13. *Epicurea* §. 14. *Aristotelica,* §. 15. *(Neglectus communis  
Jurisprudentia naturalis.* §. 16.) *Romana,* §. 17. *Hebraica.* §. 18.

## CAPUT III.

DE FATIS JURISPRUDENTIAE NATURALIS AB  
ADVENTU CHRISTI IN CARNEM USQUE  
AD ORIGINEM ACADEMIARUM.

*Christus simplici sua doctrina emendavit etiam communes errores Philosophia gentilium.* §. 1. *Causa, quod errores illi iterum caput erexerint.* §. 2. *Odium eruditorum, tam Iudeorum quam Paganorum erga Apostolos Idiotas.* §. 3. *Transitus Phariseorum & Philosophorum Gentilium ad Christianismum.* §. 4. *Odium mutuum, Christianorum, Iudeorum & Philosophorum.* §. 5. *Misera conditio Christianorum a temporibus Constantini M.* §. 6. *Partim abutendo lumine naturali ad scrutanda mysteria essentiae divinae,* §. 7. *ope Philosophia inanis Platonica.* §. 8. *Quod paucis probatur.* §. 9. *Partim negligendo usum luminis naturalis in Philosophia.* I. *Rationali.* §. 10. *Modis disputandi ac docendi sophisticis.*  
§. 11. *Exemplo Lactantii.* §. 12. *Unde facile judicari posse de statu  
temporum.*

temporum presentium: §. 13. Abusus interpretationum Allegoricarum. §. 14. II. in Philosophia naturali & 15. Insufficiens doctrina de differentiis creaturarum invisibilium & visibilium. §. 16. Controversia de Antipodibus. §. 17. III. in Philosophia morali. §. 18. Qua tamen veritas bodiendum valde exosa est §. 19. Sed tamen frustra occultatur. §. 20. Commendata cum in finem scripta Sculpi, Dupinii, Clerici, Baylii. §. 21. Ut & prefatio Barbeyraci ad Pufendorfiani operis de Jure Natura verionem Gallicam. §. 22. Necessaria observatio duplicitis classis Doctorum Ecclesie §. 23. Quarum una fuit speculantiam veritates divinas & emendationem vita negligentium: §. 24. Altera emendantium voluntatem, atque de speculationibus parum sollicitorum. §. 25. Uno verbo, orthodoxorum & mysticorum. §. 26. Horum inter se comparatio inueni veri & erroris, tolerancia & persecutionis ob errores: §. 27. Intuicione regia potestatis. §. 28. Intuitu bona & mala fidei, item traditionis & scriptura: §. 29. Intuitu doctrine de viribus intellectus & voluntatis humana. §. 30. Intuitu comparationis cum Philosophia Ethnica & Platonica: §. 31. Intuitu mediorum ad scopum perveniendi, etiam oppositorum. Methodus Orthodoxorum, §. 32. Mysticorum: §. 33. Intuitu acquisitionis voluptatum, divitiarum, imperii per vota plane opposita: §. 34. Denique intuitu arcanorum Politicorum Papatus. §. 35. Commendatio Hospiniani de historia Monachatus. §. 36. Propagatio prejudiciorum intellectus per utramque sectam. §. 37. Orta inde maxima & arrogans ignorantia. §. 38. Disinctionis in Clericos & Laicos origo. §. 39. Nimius & intolerabilis contemptus Laicorum. §. 40. Tanta intuitu luminis supernaturalis, quam naturalis. §. 41. Orta inde maxima servitus & cœca credulitas Laicorum. §. 42. Ac summa ignorantia Clericorum ac barbaricus. §. 43. Item tyrannus antea nunquam audita. §. 44. Laicorum conditio misera in illis seculis. §. 45. Cleri indulgentia in Laicos stupidos & hereticos. §. 46. Laici etiam usu sensus communis privabantur. §. 47. Quod exemplo declarantur. §. 48.

## CAPUT IV.

## DE FATIS JURISPRUDENTIÆ NATURALIS AB ORIGINE ACADEMIARUM AD TEMPORA REFORMATIONIS.

*Ineriorius scholarum publicarum sub seculo 6. & 7. §. I. Restitutio eorum*

§. 3

seculo

seculo nono. §. 2. Harum conditio prima intuitu disciplinarum. §. 3. Secundum doctrinam Augustini. •• Doctrina Aristotelica odium §. 4. Introductio ejus in scholam Parisensem. §. 5. Origo trium facultatum superiorum. §. 6. Remissio ad Autores. §. 7. Ignorantia primorum Magistrorum, libris certis propterea quasi alligatorum. §. 8. Secundum singulas facultates Academicas. §. 9. Misera conditio Philosophia Moralis ac juris natura sub Philosophus. §. 10. Item Politica. §. 11. Misera conditio juris natura sub Iustis, partim ob rationes corpus juris Justinianei respicientes. §. 12. Partim ob conditiones ipsorum Professorum juris. §. 13. Misera conditio juris natura apud Canonistas. §. 14. Misera conditio juris natura sub Theologis primis Academicis, in specie Petro Lombardo. §. 15. Et ejus glossatoribus in seelas mox divisis. §. 16. Ad se tamen quasi repientibus doctrinam moralem, & juris natura. §. 17. Commandantur Tribbechovii & Hoffmiani scripta. §. 18. Item jam ante reformationem scripta Aventini, Vivis, Agrippa, Reuchlini. §. 19. Maxime Erasmi. §. 20. Miseria Jurisprudentie naturalis sub Mysticis. Origo Theologie Mystica. §. 21. Partim ex Cabala Iudeorum. §. 22. Partim occasione doctrina Simonis Magi. §. 23. Quam refutare volebant Patres & pricipue Clemens Alexandrinus. §. 24. Primi Autores Theologie Mystica. §. 25. Fructus & incrementa Theologie Mystica seculo quarto & quinto. §. 26. Dissensus Orthodoxorum & Mysticorum post introductas Academias. §. 27. Lis Bernardi cum Abelardo. §. 28. Unio doctrina Scholastica & Mystica. §. 29. Potissimum seculo decimo tertio. §. 30.

## CAPUT V.

DE FATIS JURISPRUDENTIAE NATURALIS A  
TEMPORE REFORMATIONIS USQUE AD  
HUGONEN GROTIUM.

*Cur genuinus usus luminis naturalis & supernaturalis per reformationem non omnino fuerit restitutus.* §. 1. Scilicet ob infamum dissidium in articulo de cena. §. 2. Restauratio orthodoxye Scholastica ejusque pratextus §. 3. Fructus noxiis hujus restorationis. §. 4. Reviviscientia Theologia mystica & ejus causa prima, nempe autoritas Lutheri. §. 5. Secunda causa

*da causa, sollicitudo de vita impia inter protestantes, etiam eruditos.*  
 §. 6. *Iobannes Valentinus Andrea. Commandantur eis scripta.* §. 7.  
*Nevus eorum unicus, Theologia mystica. Hujus commoda & incommoda.* §. 8. *Misera conditio juris naturalis initio seculi decimi septimi sub Pontificis Theologis.* §. 9. *Item sub JCis.* §. 10. *Ac Jesuita, tam Scholasticis, quam mysticis.* §. 11. *Sub Protestantibus eruditis.* §. 12. *Fructus hujus rei inter Protestantes.* §. 13. *Hugo Grotius instrumentum divine providentie.* §. 14. *Ejus encomium & aptitudo ad iurioprudentiam naturalem emendandam.* §. 15.

## CAPUT VI.

## DE FATIS JURISPRUDENTIAE NATURALIS A TEMPORIBUS HUGONIS GROTTI AD NOSTRA.

*Benedicti Wincleri liber de principiis juris.* §. 1. *Nevi principii operis Grotiani.* §. 2. *Iobannis à Felde annotata in Grotium, ejusque responsio ad Theodori Graswinckeli stricturas.* §. 3. *Guilielmi Grotii encyclopediam de principiis iuri naturali.* §. 4. *I. H. Bacleri commentarius in Grotium.* §. 5. *Cassparis Ziegleri nota substantiae in Grotium.* §. 6. *Iob. Adamii Ofiavandi observationes in Grotium.* §. 7. *Henrici Henniges observationes Politica & morales in Grotium.* §. 8. *Transitus ad Hobbesium.* §. 9. *Thoma Hobbesii tractatus de cive, & Leviathan.* §. 10. *Hobbesii adversarii.* §. 11. *Ejusdem defensores.* §. 12. *Seldenus de J. Nat. & Gent. secundum discipl. Hebreorum.* §. 13. *Pufendorffii elementa, & libri de J. N. & Gent.* §. 14. *Index novitarum.* §. 15. *Christiani Vigilius dissertatione de Polygamia Simcro Warenbergio opposita.* §. 16. *Pufendorffii Apologia.* §. 17. *Christiani Vigilius iniquitas Pufendorffii contra ius natura.* §. 18. *Pufendorffii Epistola ad Scherzerum.* §. 19. *Christiani Vigilia Christiana benedictio.* §. 20. *Veltbemii disputationes de actibus per se honestis.* §. 21. *Pufendorffii appendix adjecta dissertationibus Academicis.* §. 22. *Veltbemii introductio in Grotium.* Alberti compendium iuri naturae orthodoxum. §. 23. *Nicolai Beermannii libellus famosus sub nomine Veridici Constantie.* §. 24. *Pufendorffii Epistole ad amicos per Germaniam.* §. 25. *Nicolai Beermannii legitima defensio.* §. 26. *Petri Dunai epistola ad Beermannum.* §. 27. *Rolleri*

Rollei discussio calumniarum Beccmanni. §. 28. Pufendorfii specimen controversiarum. §. 29. Zentgravii de origine juris naturalis secundum disciplinam Christianorum. §. 30. Valentini Alberti specimen vindicarum. §. 31. Strimesii praxiologia Apodictica & origines morales. §. 32. Pufendorfii Spicilegium controversiarum. §. 33. Alberti Paraneisis, Zentgravii vindicia. Strimesii Epicrisis. §. 34. Julii Rondini dissertatio Epistolica pro Pufendorfio. §. 35. Alberti defensio. Pufendorfii Eris Scandica. §. 36. Seckendorfii judicium de controversia inter Pufendorfium & Albertum. §. 37. Querela Pufendorfii adversus istud judicium. §. 38. Alberti Eros Lipsicus. §. 39. Pufendorfii invenustus pullus veneris Lipsica. §. 40. Alberti Epistola ad Seckendorfium. Item Seckendorfii nota. §. 41. Pufendorfius modestia admonitus. §. 42. Severini Wildschütz discussio calumniarum Pufendorfii. §. 43. Nicolai Beccmanni Epistola gratulatoria ad Wildschützium. §. 44. Joshua Schwarzii dissertatio Epistolica ad Sever. Wildschütz. §. 45. Alberti judicium de nupero scripto Pufendorfiano. §. 46. Pax inter Seckendorfium & Pufendorfium. Item inter hunc & Albertum. §. 47. Institutiones nostra jurisprudentia divina. §. 48. Pufendorfii epistola gratulatoria ad Albertum. §. 49. Alia via dua occuliores adversariorum Pufendorfii. §. 50. Vel commendando studium juris naturae sed simul nimis commendando Grotium. §. 51. Vel oppugnando studium juris naturae. Prischii scripta hic pertinentia. §. 52. Autor der ersten Entdeckung des Lichts und Rechts. §. 53.

C. B. D.



R. C. D.

*CAPUT I.*  
**CAUTELÆ CIRCA ACCURATAM  
DISTINCTIONEM LUMINIS NATURALIS  
ET SUPERNATURALIS.**

I.

Mnes homines à Natura æquali miseriæ sunt *Miseria immersi*, ut cum omnes à natura desiderio *minum conteneant* diu & feliciter vivendi, i. e. vi-*muni*, quod tam in jucunditate, rerum sufficientia, & *omnes desiderent* in honore ab aliis exhibendo transigendi; *summa felicitate vivere*. Omnes tamen simul à juventute studio & *summa o-* data opera talia agere soleant, unde necessario vel injucun-*mnes sine* da vita, vel rerum indigentia ac paupertas, vel illaudabi-*autores ma-* lis ac turpis vita, vel *omnes hi tres defectus conjunctim*, *xime infeli-* sua sponte profluunt, ac simul naturalis vitæ humanæ ter-*citas sua.* minus sensibiliter diminuitur. Ac ita ipse homo omnis suæ *infelicitatis*, in qua vitam transigit, autor ac faber est.

II. Augetur vero illa communis humana miseria, quod *Pauci vero pauci homines miseriam istam communem debitè ac sufficienter expendant*. Adhuc pauciores, cognita illa miseria, *infelicitatem suam cogno-*

A

*ope- ciores de me-*

*diis aptis* operam dent quærendi media rationalia, quibus emergant  
*sunt solliciti,* ex illa miseria; paucissimi vero in ipsa mediorum inquisi-  
*paucissimi ea* tione caute ac provide procedant, vel etiam, inventis me-  
*media appli-* diis convenientibus, vires suas adhibere velint, ut miseriam  
*cant.* istam amoveant.

*Cujus infeli- naturæ Deo, sed iterum soli homini est adscribenidæ, cum*  
*citatis ite- Deus homini suppeditaverit & concederet doctrinas, media,*  
*rum autor* ac vires partim naturales partim supernaturales, quibus e-  
*est homo,* vaderi queat istam infelicitatem, ut adeo vel pertinaciæ vel  
*non Deus.* negligentiaæ humanæ imputari debeat, quod istas doctrina-  
*nas, media ac vires nolit agnosceri & adhiberi, aut obla-*  
*tas acceptare, sed ex mera libidine eas abjiciat, & quasi pe-*  
*dibus conculcat.*

*Potissima IV. Inprimis vero ratio hujus miseriae in eo quæren-*  
*causa mife- da est, quod homo lumen naturale & supernaturale, re-*  
*ria hujus est, etiam rationem & revelationem divinam, naturam & gra-*  
*confuso lu- tiam confundat, ac ita omnem cognitionem pervertat, fa-*  
*minus natu- nam doctrinam, ut erroneam, traducat, ac persequatur, er-*  
*ra & gratia. rores autem loco veritatum aliis proponat, ac eos omnibus*  
*viribus ac mediis violentis corroborare gestiat. Ita enim*  
*non potest non à recta veritatis semita aberrare, aliosque*  
*etiam bona fide, & dum iis succurrere vult, maximo cum*  
*eorum damno seducere, ac secum infelicitati profundius*  
*immergere.*

*Summus 4. V. Non defuerunt tamen & antiquis & hodiernis*  
*temporibus, sinceri veritatis inquisitores, qui distincte a-*  
*pex sapien- gnoverunt, summum genuinæ sapientiæ apicem in eo confi-*  
*tia cognosce- stere, ut agnoscatur, debito modo, differentia rectæ ratio-*  
*nis & divinæ revelationis, naturæ & gratiæ. Unde nec*  
*& gratia. mirandum, quod nostro tempore tam in Gallia, quam in*  
*Germania nostra eruditi quidam de hoc themate peculiari-*  
*bus*

bus libellis mentem suam aperuerint, & cum aliis ea de re disputaverint. †)

†) In Gallia controversiam banc tractarunt Arnoldus & Malebranchius, in Germania B. Spenerus edidit tractatum, von Unterscheid Nature und Gnade. De quibus sumatim dictum in discurso.

VI. Veritas simplex est, neque adeo est opus aut profundis & subtilibus meditationibus, aut disputationibus, si modo quis in simplicitate circumspecta, eam inquirere velit. *Lumen naturale* Lumen rationis & divinæ revelationis proprie intellectum, *vel late ac natura vero & gratia actiones voluntatis respiciunt.* In latiori significatu lumen rationis etiam prædicatur de viribus naturalibus voluntatis & gratia etiam denotat cognitionem supernaturalem intellectus.

VII. In hoc latiori significatu differentia luminis naturalis & supernaturalis sequenti modo perspicue cognoscitur: Lumen naturale quidem ope sanæ rationis etiam sine revelatione divina agnoscit miseriam humanam intuitu hujus vitae; in primis vero idem manuducit humanum genus, ut quilibet præcipue de propria miseria sit sollicitus. Docet etiam homini media, per quæ eluctari possit hanc miseriā, atque transire ad statum felicem intuitu hujus vitae, & quidem ope virium naturalium sine concurso speciali gratiæ supernaturalis.

IIX. Sed lumen divinum supernaturale aut immédium pro objecto habet felicitatem æternam, amissam per lapsum hominis, docetque adeo primo statum inuocentiae hominis integri post creationem, tum quomodo per lapsum seipsum detruerit in statum infelicem temporalem & æternum; docet item, quod post hanc vitam alia vita & resurrectio mortuorum futura sit, & quænam sit differentia inter æternam felicitatem ac infelicitatem electorum ac damnatorum; agit item de mediis à Deo destinatis ad adipisci.

## CAP. I. CAUTELÆ CIRCA ACCURAT. DISTINCT.

scendam felicitatem æternam & vitandam æternam damnationem, ac unde veniant vires supernaturales ista media applicandi & quomodo homo hic se gerere debeat.

*Qui scilicet  
transcendens fides lu-  
minis natu-  
ralis.*

IX. Ista vero omnia fines luminis naturalis transcendunt. Neque enim ratio sibi relata aliquid certi cognoscere valet de statu integritatis, de lapsu hominis, de immortalitate animæ, de vita æterna, de pœnis inferni, de Christo & ejus merito, de fide in Christum, tanquam medio unico, illud applicandi; neque vires naturales ac sibi relatae voluntatis humanæ sufficietes sunt ad æternam felicitatem acquirendam. Sed omnis homo opus habet intuitu intellectus, revelatione speciali, eaque divina, intuitu voluntatis, assistentia divina ac supernaturali.

*Differentia  
theologiae &  
facultatibus  
reliquias aca-  
demicas.*

X. Atque in illa differentia luminis naturalis & supernaturalis latet simul differentia simplex & perspicua Theologiae & Philosophiae ceu Sapientiae humanæ; vel etiam Theologiae & reliquarum trium facultatum academicarum. Nam Theologia explicat doctrinam luminis supernaturalis, contra Jurisprudentia, Medicina, & Philosophia, stricte dicta, doctrinas suas deducunt ex lumine naturali.

*Neglectus  
differentia  
illius ejusque  
effectus tri-  
plex:  
a Subtilis sed  
obscurn do-  
mina de na-  
tura & gra-  
zia.*

XI. Ut vero hactenus memorata differentia luminis utriusque ita simplex, plana & perspicua est, ut etiam ab homine minime eruditio facile comprehendi possit; ita eo magis mirandum; quod etiam à doctissimis ea negligatur ac impugnetur. Sunt enim, qui quidem multa in genere de utroque lumine & eorum differentiis differunt, dum vero de speciali criterio utriusque & ejus applicatione sermo nemo discendi cupidos debito modo instruere vel vult vel potest.

*a) Imputa-  
ziones ma-  
confusa-*

XII. Ex ista à doctis affectata ignorantia terminorum utriusque luminis alia disceptatio oritur, dum utraque pars sua alteri imputat, quod una operationes naturaliter bonas vel malas

malas doceat esse supernaturales vel divinas vel diabolicas, fons & effectus  
altera vero virtutes divinas aut mala diabolica doceat esse um uniusq; luminis.  
effectus virium humanarum vel deceptiones fraudulentas.

XIII. Forte hæc utraque confusio & disceptatio memo-<sup>3.)</sup> Explanata aliis occasionem dedit, ut in alterum extremum pro- lapsi fuerint, alterutrum ex his luminibus plane tollendo. Alii enim omnia ad solum lumen & vires naturales retule- runt, tollendo omnia supernaturalia; contra alii solum lu- men supernaturale pro vero lumine agnoverunt, contra lumen naturale ac rationem rectam ac vires naturales vo- luntatis humanæ plane improbarunt, vel etiam ad effectus & operationes diaboli referre non dubitarunt. \*)

\*) Prius impatitur Pelagianis & Socinianis, posterius Quakeris. De *Mysticis max distinctiis videbimus.*

XIV. Quamvis autem multiplices & variæ rationes Duo præfa-  
sint, quæ occasionem dederunt istis erroribus & discepta- dicia prima-  
tionibus eruditorum; mihi tamen videntur istæ causæ duæ ria unde iste  
si non primariæ, saltem ex præcipuis fuisse; Scilicet vel ni- errores pro-  
mis accurata ac subtilis collatio & trutina utriusque lumi- dierant?  
nis; vel inepta methodus ac indecens ordo, in inquisitio-  
ne utriusque luminis.

XV. Secundum doctrinam nostram simplicem de u-<sup>1.) Oppositio</sup>  
triusque luminis differentia, facile comprehenditur, tem- intempérie  
poralem & æternam felicitatem sibi invicem nequaquam horum duo-  
opponi, sed potius in multis punctis & articulis convenire, rum lumi-  
differentiam vero utriusque potissimum in gradu perfectio- nnum, que ta-  
nis & duratione ac invariabilitate consistere. Unde sequi- men nun-  
tur sua sponte, quod dua lumina ad obtainendam hanc du- quam sibi  
plicem felicitatem homini à Deo concessa, pariter quidem sunt oppo-  
in multis differant, sed nunquam tamen sibi adversentur, fit,  
aut adversari possint.

## 6 CAP. I. CAUTELAE CIRCA ACCURAT. DISTINCT.

*Harmonia  
luminis, na-  
turalis cum  
supernatu-  
rali.*

XVI. Potius undique pulcherrima harmonia utriusque luminis appareat. Intellectus equidem humanus ignorat res supernaturales, sed postquam Sacra Scriptura eas revelavit, nihil in revelationibus illis deprehendit, quod reæ rationi repugnet, sed potius ex rebus revelatis Sapientiam, Justitiam & Omnipotentiam divinam distinctius agnoscit, imo lumen naturale hominibus suppeditat varia argumenta, v. g. doctrinam de Trinitate divina, de immortalitate animæ, de resurrectione carnis &c. et si non probantia, tamen minimum illustrantia, ac demonstrantia, in ipsis mysteriis supernaturalibus, nihil, quod contra naturale dici posfit, deprehendi. \*)

\*) *Similia dicenda sunt de harmonia luminis naturalis & supernaturalis intuitu actionum voluntatis circa bonum & malum. Virtus philosophica & theologica differunt gradibus perfectionis. Deus etiam in gentilibus exemplo Regis Nivæ intentionem cordis inspicit. Dilatum Petri notum. Nun erahre ich in der Wahrheit &c. Sed ha virtutes non sufficient ad obtinendam aeternam salutem. Hoc enim intuitu omnes sumus miser peccatores.*

*Ex his  
cum illo.*

XVII. Vice versa homo reæ ratione utitur suo modo etiam in explicatione Scripturæ Sacræ, ita videlicet, ut, cum Deus, & à Deo impulsi Viri sancti scripta sua in usum hominum rationalium, nequaquam vero in usum bestiarum ratione carentium collegerint, etiam regulæ interpretationis rationalis in explicatione Scripturæ Sacræ adhiberi debeant, contra omnes irrationales cavillationes, & eiusmodi interpretationes, quæ contradictionem, impossibilitatem, aut aliud quid manifestè irrationale supponunt, maximopere caveri debeant.

*Naturale ,  
cum subor-  
dinatum, si*

XIX. Etsi igitur lumen supernaturale propter aeternam beatitudinem, ad quam hominem dicit, naturali haud dubie longe præferendum sit, propterea tamen naturale non

non plane abjiciendum est \*), sed perpetuo in hac vita si a supernatu-  
mul retineri debet, cum alias nulla subordinatio inter hæc <sup>nali nun-</sup>  
duo lumina concipi possit Ita v. g. inter duas lineas re. <sup>quam debet</sup>  
etas parallelas subordinatio quædam est, sed non oppositio,  
& si inferiorem lineam plane tollas, omnis subordinatio &  
parallelismus cessat.

\*) Unde magis ad rem quadrat comparatio lumine naturalis cum ocul-  
lo humano, quam cum candela, & supernaturale cum perspicillio vel  
microscopio, quam cum luce solari. Evidem si sol luceat, candela  
non habemus opus, sed oculos nunquam abjicimus, si velimus uti  
microscopio.

XIX. Ergo cum constet lumen naturale pariter ac <sup>Questio ir-</sup>  
supernaturale tanquam dona Dei singularia nunquam sibi <sup>nationalis,</sup>  
invicem contraria esse, simul patet, controversiam \*) in- <sup>Utrum in ca-</sup>  
ter eruditos ortam, frustraneam omnino esse, & plane in- <sup>su contradic-</sup>  
utilem, dum se invicem torserunt circa quæstionem, an in <sup>Atonis lu-</sup>  
casu contradictionis lumen naturale supernaturale, an hoc <sup>men natum.</sup>  
illi præferendum sit? \*\*) Cum enim quæstio ista conditio- <sup>le superna-</sup>  
nem irrationalem, quasi duo hæc lumina sibi contradicere illi cedere,  
possint, præsupponat, nullum est dubium, utramque par- <sup>debeat?</sup> Et  
tem graviter errare, tam illorum, qui lumen naturale ita <sup>irrationalis</sup>  
normam faciunt scripturæ, ut nihil credere velint, nisi <sup>responso u-</sup>  
quod per causas naturales & rationales demonstrari possit, <sup>triusque</sup>  
quam istorum, qui Scripturæ Sacrae interpretationem irra- <sup>paris.</sup>  
tionalem affinxerunt, & eos, qui ipsis hunc errorem mo-  
deste monstrarunt, increpare ac persequi solent, sub præ-  
textu inani, quod lumen naturale supernaturali cedere, aut,  
ut loqui amant, ratio sub fide captivari debeat.

\*) Huc pertinent scriptra Ulrici Huberi de Fide & Ratione.

\*\*) Quod alius voluntatis attinet (quorsum respicere videtur dissentia-  
entes in questione de immutabilitate iuri nat.) v. g. dum Abraham  
iussus est Isaacum sacrificare, dum Israelites iussi sunt rasa ab  
Egyptis

*Egyptis mutuo accepta auferre, cum etiam falso supponatur, ac felumen naturale & supernaturale pugnant, sed potius primarium crimenon est, unde sciatur iussum & instinctum illum esse divinum. At hujus rei criteria tradere pertinet ad Theologos, sed utinam traherent. Quid si enim badi quid dicat se v. g. instinctum Abramiticum sentire?*

*II. Inversio  
methodi,  
Nam cum  
deberet inci-  
pi a lumine  
naturali, tan-  
quam noito-  
re & faci-  
tore,*

XX. Deinde regula illa de methodo palpabilis evidentiæ est, quod in inquisitione differentiæ seu finium duarum rerum diversarum incipiendum sit à re notiore & faciliori. Jam vero lumen naturale tractat de rebus facilioribus & notioribus; Ac propterea lumen supernaturale in intellectu humano fidem, non scientiam producit, quia intellectus humanus in hac vita de rebus supernaturalibus, etiam post earum revelationem divinam, cognitionem non nisi obscuram habet, eaque quasi in speculo intuetur. Quare tam regula bona methodi, quam ipsum nomen rerum supernaturalium postulat, ut à rebus naturalibus incipi †), & earum fines distincte concipi debeant, antequam de rebus supernaturalibus ratiocinari quis aut earum definitiōnem tradere velit; Etenim id profecto valde irrationale est, quod quis ea pro supernaturalibus venditare velit, quæ quilibet, sana ratione saltem & sensu communi utens, evidenter rationibus esse mere naturalia demonstrare potest\*).

†) *Etiā in questionib⁹ de voluntate & ejus actibus à jure naturali tanquam notiore incipiendum est. Hoc vero neglecto non mirandum, unde orta et dissensiones de lege universalis in legibus Mosaicis contentas.*

\* ) *Huc pertinet exemplum cremati in Hispania agyra cum equo multa admiranda faciente, sub praetextu criminis magiae.*

*Communiquer  
Doctores lu-*

XXI. Sed dolendum, quod paucissimi ista utantur methodo, i. e. ut a philosophia incipient, ac auditores suos eō naturali, manuducant, ut, ubi desinunt fines philosophiæ, demum in naturale recipiat doctrinā rerum supernaturalium. Id potius quotidiana testatur experientia, plurimos Dd. luminis supernaturalis,

lis, parum aut nihil profecisse in scientiis naturalibus, sub quibus etiam Ethicam & omnes scientias circa actiones humanas ac differentias bonorum ac malorum occupatas, & quidem præ cæteris, comprehendo. Ita vero non potest non fieri, quin ex illa ignorantia rerum naturalium orientur doctrinæ maxime irrationalès de rebus supernaturalibus, eæque juventuti incautæ, ut articuli fidei inculcentur, & dolo pariter ac violentia propagentur ac sustineantur.

XXII. Luminis vero naturalis cum objecta varia sint, inde etiam disciplinæ variæ ex lumine naturæ descendunt, quæ pro diversitate objecti varia fortiuntur nomina. Vel enim sunt r̄s, mere contemplabiles; & quas homo pro lubitu \*) condere ac efficere nequit, vel sunt ipsæ actiones humanæ, de quibus lumen naturale dictitat an sint faciendæ an omittendæ. Unde fluit distinctio Philosophiæ in theoreticam †) & practicam, seu ut nos alibi \*\*) exposuimus, inter doctrinam veri & boni. Posset enim ita dicere. Intellectus humanus contemplatur vel res extra hominem vel se ipsum, & quidem vel totum compositum & quæ ipse communia habet cum aliis rebus extra se, vel seorsim ea, in quibus ab aliis rebus differt, tamen intuitu intellectus, & ejus virium, quam intuitu voluntatis. Ex hoc fundamento videtur orta divisio Philosophiæ Stoicorum, in rationalem, naturalem & moralem ††). De subdivisione harum trium Philosophiæ partium singularum, partim ab Aristotele, partim à Scholasticis, orta, partim moribus introducta, non opus est, ut hic plura addamus, cum ad scopum nostrum ea non faciant \*\*\*).

\*) Dico: pro lubitu. Nam nec hominem pro lubitu homo produce-re potest.

†) De qua vide remen-datio in inst. juri. div. l. 1, c. 1. §. 22. seq.

\*\*) Vid. causel. circa precogn. Juriopr. cap. 1.

††) Vide tamen de injuria oppositione philosophia naturalis & morale  
cap. I. Fund. J. N. & G.

\*\*\*) Vide interim Jurispr. div. d. lib. I. c. I. & caus. circ. præc. Ju-  
rispr. l. 1. c. 3. s. & q. ab init.

*Veritas sim-  
plex in o-  
mnibus di-  
sciplinis lu-  
minis nota.* Hic vero ante omnia repetendum: simplicem  
esse veritatem, &, si manudictione fideli & exemplo homi-  
nibus à juventute educarentur, non opus habere sapientiam,  
scipinæ lumi-  
naris naturalis doceantur, ac a dissentibus me-  
moriæ mandentur, sed absque scholis & Academiis \*) ali-  
ud agendo præcepta sapientiæ inculcati & imprimi posse  
humano generi, si unica illa veritas, clavis ad omnes artes,  
scientias, facultates fundamenti loco ponatur, hominem  
natura sua esse animal miserrimum; †) si exinde proflu-  
entes veritates doceantur, ‡†) videlicet intuitu Philo-  
phiæ rationalis: paucissima esse, quæ scimus, & ratiocina-  
tionem omnem corrumpi à solis affectibus. &c. respectu  
Philosophiæ naturalis: essentias rerum ignorari, \*\*) multo  
minus ergo comprehendi posse essentiam causa primæ, ho-  
minis tamen essentiam non in intellectu sed voluntate quæ-  
rendam &c. denique respectu Philosophiæ moralis: mo-  
ralium demonstrationem non esse impossibilem, sed faci-  
lem & palpabilem, voluntatem non emendari ab intellectu,  
sed intellectum à voluntate.

\*) Adde omnino Tam. I. obf. sed. Halonf. obf. 10.

†) D. obf. 10. §. 20. seq. Caus. circ. præcogn. Jurispr. c. I. §. 57. & mal-  
itia seq. ‡†) Adde d. Obf. 10. §. 21.

\*\*) Alia huc pertinentia vide in dict. cantic. v. 6. n. 29.

*Causa tamen  
corruptionis  
universalis  
non in intel-* XXIV. Cum tamen quotidiana experientia testetur,  
contraria plane principia inculcata fuisse omnibus tempo-  
ribus in scholis & Academiis & adhuc, si non omnia, ta-  
men plurima eorum adhuc inculcati, etiam apud illos, qui  
jam

jam per aliquot secula de luce evangelii gloriantur, paucis *lettis*, sed in monstrandum erit, qua ratione id fieri potuerit, ut *tam voluntate* simplices & palpabiles veritates, per tot plurima secula *ex querenda*, mente humana extirpari, & contraria principia etiam sensui communi adversaria, in omnium pene animis tam altas radices agere potuerint, ut eorum eradicatio pene sit impossibilis. Hic vero ante omnia cavendum, ne originem mali adscribamus intellectui, \*) cum principia illa vera omnibus ab affectu vacuis sint evidentissima, sed potius secundum modo memoratam ipsorum principiorum verorum doctrinam, fons omnis corruptionis in affectibus humanis, & quidem in affectu omnium astutissimo, ambitione scilicet, quærendus est.

\*) *Caut. circ. praeogn. Jurispr. cap. 14. n. 43.*

XXV. Scilicet cum, ut alibi \*) dictum fuit, primum per violentiam Cainitarum summum imperium & Respublica introdiceretur, & vero jugum illud servitutis impatiens ferrent homines libertati haec tenus aduersi, opus fuit non solum ut passionibus eorum vitiosis, adjugum patienter ferendum, indulgeretur ab imperantibus, sed & maxime videbatur conducere ad absolutum Imperium firmandum, si à nativitate subditis inculcarentur doctrinæ, unice eo tendentes, ut cum extirpatione veritatum haec tenus dictarum, radices agerent propositiones veritatibus istis oppositæ. Ad hunc vero finem eligebantur sacerdotes, iisque se sponte ad id offerebant, & aptissimi ad eum obtinendum erant, ob persuationem populi, quod cum Diis conversarentur.

\*) *Vid. Tom. I. observ. Halens. obs. 19. §. 17. p. 302.*

XXVI. Igitur initio veritas non subito mutata, ne *Doctrina* fraus sentiretur, sed potius doctum fuit, hominem esse *communes* dem animal miserrimum, si non uteretur ratione recta, sed *cum insinuem* tamen *introducere*.

tamen præstantissimum entium sublunarium, si sapientia sit prædictus. Hactenus bene. Jam vide, quomodo bene cœpta male desierint. Addiderant enim, sapientiam consistere in cognitione veritatis: veritatem autem esse rem plane absconditam, & inventu difficultem, nec inveniri, nisi ab amicis Deorum, hos vero esse sacerdotes. Igitur reliquos mortalium ad veritatem non posse pervenire, nisi credant autoritati sacerdotum; doctrinam porro de bono & malo plane sub demonstrationem & scientiam non cadere, sed hic Deos per sacerdotes esse consulendos, & nihil pro bono & malo habendum, nisi quod à sacerdotibus tale esse dicatur.

*Prudens h.* XXVII. Cum vero initio sacerdotes Imperantibus ius doctrinae, persuaderent, hæc principia valde favere stabiliendæ auto-deceptio Imperatorum & de honore & obedientia regibus præstanta, item penitentium & parentium, de studio virtutum & justitiae multa in doctrinis suis immiscerent, & populus & Reges decipiebantur, illi, quod putarent, nec suspiriis quidem utendum sub durissimo jugo, hi vero, quod crederent, se jam pro libertu omnia facere posse; sed eventus docuit, id inventum solis profuisse sacerdotibus, hoc pacto etiam imperium, tantum non absolutum in ipsos Reges sibi pededentim vindicantibus, de quo alibi pluribus. \*)

\*) Vide interius causel. circa præcogn. Juri pr. cap. 6. §. 25. 26. 27.

## CAPUT II.

## DE FATIS JURISPRUDENTIAE NATURALIS USQUE AD TEMPORA NATIVITATIS CHRISTI.

## §. I.

**S**uppositis cautelis, in capite præcedente enarratis, de Connexione confusione luminis naturalis & supernaturalis ejusque origine, non difficile erit indagare causas, cur tam crassi errores circa disciplinas ex lumine naturali deducendas, imprimis autem circa Philosophiam moralem & Jus Naturæ orbem universum invaserint, ac tam diu prope regnaverint.

II. Adami & Patriarcharum ante & post diluvianum sapientia simplex erat, \*) absque subtilitatibus & maiori corrupti artificio; Contra ut à Cainitis derivavimus modo †) confusione luminis naturalis & supernaturalis in genere, ita etiam iudicem Cainitæ & postea Noachi posteri à simplici veritate & sapientia recedentes haud dubie etiam corrumperunt singulas Philosophiæ partes, rationalem, naturalem & moralem, imprimis cum Respublicæ per violentiam introducerentur, & ita tyrannorum interesset, ut fundamenta ratiocinandi occultarentur, ne subditi ita distincte perciperent jugum servile, ut occultarentur doctrinæ de natura rerum, ne populus sentiret falsitatem miraculorum, quibus ministri tyrannidis i. e. sacerdotes pagani quotidie decipiebant plebem, & ne fundamenta genuina Philosophiæ moralis ponerent, denique ut occultaretur doctrina fana de natura actionum humanarum, \*\*) ne videlicet populus doctrinam justi, honesti, & decori aliunde peterent, quam a convenientia cum voluntate Principum

## 14 CAP. II. DE FATIS JURISPRUDENTIAE NATURALIS

absolute & pro lubitū regnantium, aut sacerdotum, se ministros deorum esse profidentium.

\*) Repete d. c. i. §. 23. Et totam obs. 19. T. I. obs. Hallens.

†) c. l. §. 25. Adde de prima origine civitatum ac legum ea, qua docui in dissertatione de contentione morum cum jure scripto §. 6. seq.

\*\*) Vide cap. i. fundam. jur. nat. gent.

Et ignoran- III. In specie quod sacerdotes ipsos ethnicos atti-  
tia ac frau- net, ab aliis †) jam fuit sufficienter demonstratum, quod  
dulentia sa- religio gentilium idololatrica non potuerit consistere cum  
cerdorum sana doctrina morum, & de regulis justi ac decori, cum  
ebniorum. ipsi dii gentilium, ut autores & fautores omnium vitiorum  
ac injustitiae depingerentur, & cum loco veræ virtutis & pie-  
tatis inculcaverint virtutem fucatam in solo cultu externo  
& liberalitate erga ministros idolorum, ac coeca credulitas  
& obedientia consistentem, \*)

†) Vide Laelantii institutiones divinas & Augustinum de civitate Dœ  
passim. \*) Adde Barbeyrac. in prefat. ad Pufend. § 6.

Philosopho- IV. Philosophos quod attinet, jam alibi †) fuit o-  
rum gentili- stensum, quam capitales errores ut veritates indubitabi-  
um errores les ab omnibus Philosophis gentilibus fuerint suppositi,  
communes. tam circa naturam divinam, & originem universi, quam  
circa differentiam inter materiam & res immateriales, ut &  
circa naturam ipsius hominis & differentiam intellectus &  
voluntatis,

†) Vid. caus. circ. præcogn. Jurispr. §. 25. seq.

In specie V. In specie \*) quod Philosophiam Barbaricam con-  
Philosophie cernit, uti paucissimas reliquias habemus doctrinæ Chal-  
barbarica. ðæorum, Ægyptiorum, Persarum, Indorum, Celtarum  
&c. ita ex illis, quas habemus, appareat, omnes illos populos  
philosophiam moralem & jus naturæ, vel plane neglexisse  
vel superficiare tractasse, & paucissimis veris aut tolerabili-  
bus

bus præceptis plurimas doctrinas superstitiones pseudomythicas & phantasticas immiscuisse, quarum specimina non pauca jam aliorum diligentia †) collegit.

\*) Ad hunc & sequentes pangraphos confer Sancti Historiam Philosophia.

†) Barbeyrac. d. l. §. 11. 12. 13. 14. Dn. Gundling. Hist. Philos. mor. capit. 6. prior. Colloquia mea menstr. Tom. 2. p. 599. seqq. (ubi in specie de Confutatio.) Nota tamen, non confundi debere, quod nonnulli faciunt, Theologiam cum Philosophia moralis, eis nullum sit dubium, Theologiam suo modo esse fundamentum Philosophia.

VI. Græcos quod attinet, horum Philosophia antiquissima fabulosa seu poetica est. Sed hujus defectus insignes intuitu philosophiae moralis jam abunde notavit doctissimus Barbeyracius, \*) & peculiarem dispectionem meretur inquisitio, cur Homeri scripta ultra meritum tanti fuerint habita à Græcis, ut ea, tanquam fundamenta omnis sapientiae continerent, fuerint commendata, cum tamen doctrinæ maxime insipientes & pericolosæ in singulis fere paginis occurrant †)

\*) d. l. §. 15. †) Quedam buc facientia jam indicavi in causa circ. præsogn. jurispr. c. 8. §. 12. iii. d.

VII. Porro secta Jonica, quæ à Thalete Milesio incepit, uti philosophiae naturali potissimum dedit operam, neglecta plane philosophia morali; ita dicta moralia Thaleatis & reliquorum \*) septem sapientum Græciæ saltem generalia quædam præcepta continent, non sufficientia ad plenam & salutarem instructionem juventutis.

\*) Conf. Barbeyrac. §. 16. & 18. Buddei dissertationes de septem sapientibus Græcia.

IIX. Pythagoras Sectæ Italicae Autor, quamvis valde commendetur à Scheffero †), uti tamen nulla scripta ejus

## 16 CAP. II. DE FATIS JURISPRUDENTIE NATURALIS

ejus supersunt, ita dicta ejus moralia \*) pleraque obscura sunt, & ambigua, absque ratiocinatione & probatione, ac inde Theologia mystica, de qua inferius plura dicemus, nonnulla mutuata est.

†) In tractatu de Philosophia Italica.

\*) Hic pro Scheffero valde commendandus Stanleius. Conf. Barbeyrac. d. l. §. 17.

*Socratis.* IX. Socrates Philosophorum gentilium præstantissimus & sincerissimus, qui etiam omnem industriam adhucuit †) ad excolendam philosophiam morum, unde etiam communiter philosophiæ hujus parens & instaurator fuit habitus; eo tamen nævo laboravit, ut cum reliquis Philosophis Græcis non deduxerit doctrinas morales ex consideratione genuina ac rationali animæ humanæ & virium naturalium, sed passim admiserit errores fundamentales, quibus non poterant superstrui sana doctrinæ.

†) De Socrate vide Barbeyrac. §. 19. Adde Carpentarii vitam Socratis & memorabilia Xenophontis à me in idioma Germanicum translata.

(*Communis cognitio boni & mali corrumpatur per desideria voluntatis, ror, volun- & adeo, quamdiu in eo statu permanet, lumen naturale sit tamen emen- instar ignis fatui, adeoque omnino in usu genuino luminis na- dari per fo- turalis opera danda sit, ut intellectus corrigatur & cognitio humana debito modo instruatur, sed ostendit etiam experien- tia quotidiana, hanc emendationem solam non sufficere ad consecutionem veræ sapientiæ, sed præterea etiam requiri doctrinas peculiares de curandis cupiditatibus voluntatis hu- manæ. Etenim quilibet in se ipso partim, partim in aliis homi- nibus deprehendit, quod videamus meliora probemusque, deteriora tamen sequamur, & vice versa, quod improbe- mus mala, ea tamen non fugiamus. Medicus quidem cir- cum-*)

cum spectus eo incumbit, ut ulcera, ex impuritate sanguinis  
orta emplastris carentur, sed tamen propterea non negligit  
indicamentis debitissimis emendare ipsam sanguinis impuritatem.  
Nihilominus omnes Philosophi Græcorum, ne quidem So-  
crates sapientissimo eorum excepto, unanimiter docuerunt,  
sufficere ad acquirendam vitam virtuosam, si modo intelle-  
ctus humanus probe informetur de differentia exacta boni  
& mali, justi & injusti. \*)

\*) Vid. cautel. circ. precogn. Jurisper. c. 14. §. 13. lit. a.

XI. Plato discipulus Socratis non solum laudabilem  
& perspicuam docendi methodum præceptoris sui ornauit,  
& ejus loco subtilem modum disputandi de speculationibus  
inutilibus introduxit, sed & in eo peccavit, quod passim do-  
ctrinas suas non tantum ex interno omnibus hominibus  
communi assensu & certitudine, verum insuper ex falla-  
cibus, ac falso pro divinis revelationibus venditatis oracu-  
lis, tanquam rebus indubie fide dignis derivaverit, eaque  
confusione effecit, ut plurimi ex ejus auditoribus eo de-  
lapsi fuerint, ut omnia dicent esse dubia ac incerta, hoc  
unico excepto, quod omnia incerta sint. Ut taceam, Plato-  
nem \*) plane non intendisse tradere præcepta moralia bene  
connexa, & adeo Ethicam Platonicam, si qua sit, compa-  
randam esse Reipublicæ Platonicæ, i. e. phantasticæ. Unde  
facile jam patet, quid respondendum sit ejusmodi commen-  
datoribus & admiratoribus.

\*) Adde de Philosophia Platonica caut. circ. præc. jurisper. c. 14. §. 15.  
lit. c. Barbeyrac. §. 20.

XII. Cynici †) etsi multa egregia de studio virtu-  
tis docerent, cum tamen doctrinam decori plane neglige-  
rent, & vitam plane singularem ac impudentem affectarent,  
in absurdissimas conclusiones prolapsi sunt, ut jam ab aliis  
notatum.

†) Orti ab Antisthenè altero Socratis discipulo. Adde cautelas d. c. 14.  
§. 16. Barbeyrac. §. 21.

*Stoica.*

XIII. Stoici Cynicam sectam emendare intendentis, & decorum justo jungentes multa quidem primo intuitu excellentia præcepta de virtute & differentiis boni & mali dederunt, sed tamen occasione erroris communis modo \*) notati variis modis in devia delapsi partim †) de sapiente suo multa paradoxa, ac divinæ bonitati est sapientiæ adversa dogmata proposuerunt, partim etiam diffiteri non potuerunt, sapientem suum nusquam deprehendi, sed inter chimæras esse referendum, ut taceam eorum logomachias de extirpatione affectuum. &c.

\*) §. 10. †) *Cautel. d. l. §. 18. Barbeyrac. §. 26.*

*Epicurea.*

XIV. Epicurus etsi Platonicis ac Stoicis pariter exsus, ac variis calumnijis ab illis notatus, multa tamen bona dogmata in præceptis suis de qualitatibus sapientis proposuit; \*) Sed tamen haud expectari possunt principia sana in Philosophia morali ab eo, qui tam periculosas & profanas doctrinas de Deo & providentia divina, item de ortu mundi casuali & fortuito, ac de materialitate & corporeitate animæ humanæ, fundamenti loco posuit.

\*) *Cautela d. l. §. 20. Barbeyrac. §. 25.*

*Aristotelica.*

XV. Tandem Aristoteles Platonis discipulus multa quidem in doctrina morali præceptoris sui mutare ac emendare intendit, †) propterea tamen eam non meliorem reddidit, ac fatentur moderatissimi Philosoporum Aristotelicorum hodiernorum, quod doctrina de mediis ad acquirendam per Consilia ac Leges \*) virtuosam vitam vel plane sit neglecta, vel saltem superficiarie exposita.

†) *Barbeyrac. §. 23. Cautela §. 17. \*) Vide Patria Tabulas Philos. Pract.*

§ Neglectus  
communia  
jurispru-  
dentia na-  
turalis.)

XVI. Idem neglectus Philosophis reliquis græcis cum Aristotele communis est, ut adeo facile pateat, quod Jurisprudentia naturalis ab illis omnibus frustra petatur.

XVII.

XVII. Tentavit equidem hunc defectum græcanicæ Römanæ. Philosophia supplere Cicero in tractatu de officiis, sed quid in hoc opere desiderandum sit, ( ut & in Plutarchi & Senecæ scriptis moralibus, et si ad caput sequens alias pertinentibus) & ab aliis & à nobis jam alibi \*) fuit satis distincte ostensum,

\*) Barbeyr. §. 27. Cautel. d. 4. §. 21.

XIX. Hebræi, ut & de his quædam addamus \*), et si doctrina morali simplici ac plana usi fuerint, eaque per prouidentiam divinam in scriptis Hebræorum conservata sit, ac Salomonis proverbia, & Ecclesiastes, item Syracidis Ecclesiasticus facile præferendi sint omnibus Philosophorum Græcorum & Romanorum scriptis, neglexerunt tamen, ultimis fere ante adventum Christi in carnem temporibus, simplicem istam, ac evidentem doctrinam, ac in variis sectas ex commercio cum Græcis & Romanis dilapsi, puta Phariseorum, Essenorum, Sadducæorum, Hillelianorum item & Shammæanorum omnem sanam doctrinam morum turpiter corruerunt, ita ut tempore nativitatis Christi totus mundus insipientibus dogmatibus ubique fuit infectus.

\*) Barbeyrac. §. 7. Cautel. c. 6. §. 17. 51. seq. & c. 14. §. 14. & 22. Dn. Gundling in Histor. Philos. mor. c. 7. S. 1. lit. b. p. 72. & S. 3. p. 82. seq.

### CAPUT III.

## DE FATIS JURISPRUDENTIÆ NATURALIS AB ADVENTU CHRISTI IN CARNEM, USQUE AD ORIGINEM ACADEMIARUM.

### I.

**J**Am igitur sperandum fuisset, ut verus usus luminis naturalis per doctrinam Christi & Apostolorum iterum emergere, atque corruptiones istas penitus extirpare. *Christus familiari sua doctrina emere.*

20 CAP. III. DE FATIS JURISPRUDENTIE NATURALIS

*commones  
errores Phi.  
lo sophia  
gensitio.*

debuisset. Quamvis enim doctrina Christi & discipulorum ejus primario agat de lumine supernaturali ejusque genuino usu; neque sententia nostra eo tendat, ac si Salvator noster & ejus discipuli intenderint scribere systema Philosophiae sive rationalis, sive moralis, certum tamen est, in nullo alio scripto Philosopherum gentilium, sed in sola scriptura novi foederis reperiri solidam ac perspicuam monstrationem errorum capitalium Philosophiae gentilis supra \*) indicatorum, in primis mixturæ intellectus & voluntatis, & stolidæ emendationis intellectus solius; ac præterea inveniri ibi manuductionem ad verum usum luminis naturalis in emendatione voluntatis, item ostensionem evidenter trium vitiorum capitalium, voluptatis, ambitionis & avaritiae &c.

\*) cap. præced. §. 4. & 10.

*Cause, cur  
errores illi res pristini ac confusiones luminis naturalis & supernatu-  
mox sicutum ratis mox post resurrectionem & ascensionem Christi in  
caput erexeruntur etiam adhuc viventibus Apostolis iterum caput ere-  
xerint, mortuis autem Apostolis, si non omnium, saltene  
pene omnium, Christianorum nomine superbientium, ani-  
mis se insinuaverint, ex historia ecclesiastica manifestum est,  
etsi paucissimi solliciti sint de inquisitione causæ tam subita-  
neæ mutationis, & hujus loci non sit, ut causam profun-  
dius & prolixius eruamus. Interim multum inserviet sco-  
po nostro, si ea de re saltrem primas ducamus lineas.*

*Odium era-  
duorum, tam rali oriens simplex est, & plerique errores subtilibus eru-  
Judaorum ditis debent originem. Quamdiu igitur doctrina Christi  
quam Paga- cordibus simplicium pescatorum & idiotarum impressa ma-  
neret, tamdiu in bonitate & puritate sua persistebat. Sed  
Apostolos erga non erat ad gustum Pharisæorum, philosophia ethnica ira-  
idiotarum.*

butorum: donec Christus post resurrectionem suam Paulum Pharisæum per miraculum extraordinarium converteret. At quæ non passus est Paulus tam à Pharisæis & Saducæis, quam à paganis Stoicis & Epicuræis, cum hanc simplicem doctrinam Christi, scandalum Judæis præbens, & à Græcis tanquam mere stultam traductam, secundum vocationem suam etiam inter gentiles propagare allaboraret.

IV. Postea cum tam ex Judæis multi pharisaizantes, quam ex Ethnici multi eruditæ & in primis Stoici quidam aut Platonici christianam doctrinam profiterentur, puritatem doctrinæ statim principiis Philosophiæ paganæ polluebant. Id est, inculcabatur iterum, solum intellectum, & quidem *Transitus Pbariseorū & Philoso- pborum gen- ilium adju- dicatum.*  
per subtiles & inutiles quæstiones esse emendandum.

V. Hac occasione vero valde collidebantur eruditæ Ju- dæi & Ethnici, & ex hac collisione ortum odium acerbum, quod adhuc vivente Paulo tempore Concilii Hierosolimi- tani cum magnis dissidiis eruperat, mortuo Paulo, majo- res quotidie vires nanciscebatur. Quamdiu Judæi numero inter Christianos vincerent Ethnicos, hos valde supprime- bant, & primæ hæreses potissimum in quæstionibus subti- libus ex Judaica Cabbala ortis consistebant; Postquam au- tem Ethnicorum major evaderet numerus, hos ordo & potestas persequendi dissentientes tangebat, atque potesta- te hac sua tam strenue adversus judaizantes utebantur, ut Judæorum persecutio-nes præcedentes erga eos, qui ex gen- tilibus ad Christianismum se contulerant, præ persecuti- bus subsequentibus horum adversus judaicas doctrinas ni- hil haberent præcipui, sed facile ab his vincerentur. Atque posterior hæc scena potissimum Constantini M. tempore acta fuit.

VI. Et quidem ab illo tempore edita scripta polemi- ca Doctorum celeberrimorum, ut & *Misera com- historia rixarum & diuina Cri- fiandi a hære-*

*temporibus Constantini M.* hæresium satis ostendunt, quisnam fuerit status ac conditio orbis eruditum vigentis inter sic dictos Christianos, & quomodo postea per aliquot secula status hujus conditio non melior sed quotidie pejor effecta fuerit.

*Partim abusus lumen naturale adscrutanda mysteria essentiae divinitatis.* VII. Jam enim alii usum luminis naturalis nimis extendebant, & ejus ope essentiæ divinæ mysterium, inter omnia incomprehensibilia maximum, comprehendere ac funditus eruere studebant, non contenti videlicet, quod Christus & ejus Apostoli mysterium voluntatis divinæ doctrina simplici & etiam ab idiotis palpabili proposuerint.

*Opt. Philosophia inanis Platonica.* IX. Introducebatur usus inutilis Philosophiæ Platoniciæ, initio sub prætextu, ut ejus ope Philosophi Platonici Ethnici, Christianos strenue persequentes & calumniantes, eo melius refutari ac iis ora obturari possent. Sed nimius ac nimis properans amor hujus luminis vel ignis fatui, eodem abducebat ejus amasios, ut mediante illo lumen divinum illuminare stulte auderent. Quodsi sinceriiores \*) conquererentur de hoc abusu, & docerent, hoc modo lumen divinæ revelationis potius obscurari, præmii loco hæretificabantur, (liceat enim rem barbaram barbaro termino significare.) à prioribus, & cogebantur chimæras platonicas, ut articulos fidei suscipere, ut ita christianismus primus ac genuinus & apostolicus, non extingveretur quidem penitus, sed tamen supprimeretur & occultaretur, & contra Christianismus Platonicus ubivis imperium teneret.

\*) Conf. quoad hanc §. le Platonisme devoit, sed cum cauecla ratione scilicet auctoris.

*Quod paucis probatur.* IX. Neque assertio præcedens falsitatis argui potest. Præterquam enim quod ea, quæ in conciliis seculi quarti & quinti gesta ac disputata sunt, magnam partem respicerent terminos ex Philosophiâ Platonica defumtos, magnus insuper Augustinus, ab omnibus pro præcipuo inter Patres

tres Ecclesiæ habitus, præ reliquis Philosophis Platonem in libris de civitate Dei †) subinde extollit & prædicat, quam in rem etiam consuli poterunt glossæ Ludovici Vi-vis & Leonhardi Coquei.

†) *Vide ibi indicem in utroque somo. Et maximè lib. 8. cap. 4. seq. lib. 22. c. 28. Et ibi Coqueum.*

X. Jam vero alii genuinum usum luminis naturalis in tribus fânæ philosophiæ partibus, rationali, naturali, moralî negligebant. Etenim Constantini Magni tempore erudi ex Ethnicismo in Christianismum transferebant modum docendi verbosum quidem & amœnum, \*) sed & simul sophisticum, oratorium, rixantem, & affectus ubique testantem. Et cum solliciti esse debuissent, ut veritas doctrinæ christianæ à falsis doctrinis Philosophiæ ethnicæ per sincram, mansuetam, perspicuam & simplicem viam purgaretur, & errores Paganismi hoc modo confunderentur, & extingverentur, potius tamen utebantur modis disputandi perversis & fallacibus Ethnicorum.

\*) *Vid. Tom. 2. obs. sel. 8. §. 38. seq. usque ad §. 44.*

XI. Modo enim affingebantur Ethnicis opiniones, quæ ipsis nunquam in mentem venerant, & postea iracundis & vehementibus disputationibus hæ chimæræ refutabantur: Modo loco refutationum rationabilium utebantur exclamacionibus, interrogationibus oratoriis, aut invectivis & verbis maledicis parum aut nihil ad rem facientibus: Modo omittebant responsonem ad dubia proposita, & loco responsonis usurpabant digressiones longe quæsitas \*) ac fanas & sobrias doctrinas christianas argumentis insufficientibus confirmabant.

\*) *Vide potiss. Lactant. lib. 2. cap. 8. seq. Et ibi Sculps. in analysi p. 134. seq.*

## 24 CAP. III. DE FATTIS JURISPRUDENTIAE NATURALIS

*Exemplo La-  
bantii.*

XII. Memini, quod ante plures annos B. Pater, dum Lipsiæ Professor Oratoriæ esset, in publicis lectionibus auditoribus suis analyses disputationum quarundam Lactantij †) aduersus Ethnicos secundum regulas bonaæ methodi disputandi in calamum dictaverit, & nævos hactenus memoratos in magna copia ibi monstraverit, \*) quas adhuc in ejus MSC. possideo.

†) *De Justino Martyre* vide Obs. Hallens. Tom. 2. obs. 7. & 9. *De Am-  
broſio* vide Barbeyrac. P. XXVII. \*) D. Tom. 2. obs. 8. §. 40.

*Unde facile & præceptor Constantini, cujus bona & sincera intentio alias in ejus scriptis ubique conspicitur, istas scopulas non evitaverit, & non tam propria culpa, quam miserrima con-  
ditione Philosophiæ rationalis apud Christianos pariter ac Ethnicos in illa præcipitia fuerit prolapsus, facile judicari potest, quod in temporibus sequentibus, in quibus studia ratiocinandi quotidie magna decrementa, contra rixæ & pugnæ Andabaticæ magna incrementa caperent, nævi illi non emendati, sed potius aucti fuerint.*

*Abusus in-  
terpretatio-  
num allego-  
ricarum.*

XIV. Illud etiam intuitu Philosophiæ rationalis non omittendum, quod, et si jam supra fuerit monitum, Scripturam S. utriusque foederis secundum regulas interpretationis rationalis explicari debere, atque Evangelistæ pariter ac Apostoli, si aliquando allegoricis interpretationibus aduersus Judæos ad hominem usi fuerint, hunc docendi modum non profundentali doctrinæ Christianæ habuerint, sed eum saltem illustrationis causa ad convictionem Judæorum usurpaverint; postea tamen docentes conservaverint, intellectum rationalem, ac literalem Scripturæ sacræ ut carnalem re jicere, atque interpretationes allegoricas, V. & N. foederis ex Stoica & Platonica Philosophia derivatas, ut fundamenta Christia-

Christianismi inculcare, atque tanquam modum docendi spiritualem \*) commendare. Etenim multi Protestantium Theologorum, in primis vero B. Lutherus noster, Chytræus & alii, imo etiam Autores Catholici de hoc abusu interpretationis, à Philone, Ambrosio, Origene & aliis Ecclesiæ Patribus commissso conquesti sunt, & adhuc conquerantur. Commendari etiam merentur, ad meliorem intellectum hactenus dictorum Samuelis Werenselhi Tractatus eruditus, de Logomachiis eruditorum, ac meteoris orationis.

\*) *Vt. Tertullianus. Adde Glaesii Phileol. Sacrum à p. 371. ad p. 454.  
Capr. circa præc. jurispr. cap. ult. §. 42.*

XV. Sufficiunt isti de Philosophia rationali. De 2.) *In Philo-*  
Philosophia naturali utinam meliora allegare possimus. Sed *sophia na-*  
temen & hic non mutum sanæ doctrinæ etiam apud fami-*tumli.*  
geratissimos Ecclesiæ Patres deprehenditur. Evidem ne-  
gari non potest, quod errorem capitalem Physicæ paganæ  
de æternitate mundi, & duobus principiis coæternis, Deo  
& materia prima, laudabili intentione oppugnaverint, &  
fundamentum Physicæ Mosaicæ de creatione rerum invi-  
sibilium pariter & visibilium adversus illam defendere  
anxie fuerint solliciti. An vero illa intentio ubique cum  
debita prudentia & sufficientibus mediis in effectum fuerit  
deducta, nimis prolixum foret, si hoc loco vellemus inqui-  
rere. Certe ea, quæ jam superius \*) annotavimus, facile  
monstrabunt, quod figura Platonica & hic ubique fue-  
rint admixta.

\*) *Hoc capite §. 8.*

XVI. Sufficit quod in doctrina de natura differentia *Insufficiens*  
& essentia creaturarum invisibilium & visibilium, funda. *doctrina de*  
menta parum solida neque ab erroribus corruptæ Philoso- *differentiæ*  
phiæ Platonicæ & Judaicæ purgata deprehendantur, sed *creaturarum*  
potius ubique Paganæ & Judaicæ superstitiones emineant. *invisibilium*  
Quin imo non contenti fuere, hos rectæ rationi & sensui *& visibili-*  
*um.*

communi hominum à præjudiciis vacuorum adversantes errores Christianis proponere, sed & eosdem ut articulos fidei maxime necessarios per hæretificationes & tormenta conscientiarum Laicis obtruserunt, & dissentientibus viō lento modo ora obturarunt, cum id rationibus haud possent perficere.

*Controver-  
sia de Ansi-  
podibus.*

XVII. Atque, ut hactenus dicta unico faltem exem-  
plo illustrentur, commendamus lectionem eorum, quæ  
circa controversiam: an globus terraqueus rotundus sit, &  
an dentur Antipodes, Servatius Gallæus & Joseph Blaça-  
nus ad Lactantium, item Ludovicus Vives & Leonhardus  
Coqueus ad Augustinum de civitate Dei annotarunt. Pa-  
riter Aventinus libro 3. fusiūs commemorat, quod seculo  
octavo Bonifacius Germanorum Apostolus Vergilium Pres-  
byterum, saltem quod adversus istum Lactantii & Augu-  
stini errorem defenderit, dari Antipodes, hæreticum decla-  
raverit, quasi dogmata valde pernicioſa & salvificæ doctri-  
næ Christi & Scripturæ Sacrae advertantia disseminaret, &  
quomodo Papa Zacharias processum hunc plane irratio-  
nalem Bonifacii approbaverit, ita ut pauper Vergilius no-  
lens volens hæreticorum catalogo fuerit insertus. Ut adeo  
satis mirari nequeas coecitatem & miferam confusionem  
luminis naturalis & supernaturalis illorum temporum, cum  
nostris temporibus etiam scholarum trivialium discipuli  
cognoscunt, Vergilium à Bonifacio & Papa Zacharia con-  
tra omnem rationem & prima Christianismi principia  
maxima injuria fuisse affectum.

*3.) In Philo-  
sophia mo-  
tali.*

XIX. Evidēm lubentissime excusaremus Doctores  
Ecclesiæ, quod de essentiis creaturarum terrestrium &  
coelestium parum fuerint solliciti, si modo hæc negligentia  
originem deberet sinceræ & attentæ cupiditati eo melius  
indagandi naturam humanam; si modo scripta eorum non  
doce-

docerent contrarium, quod nempe naturam humanam non inquisiverint mediante lumine naturali cuilibet congenito, sed quod secundum doctrinas Philosophiae gentilis felicitatem humanam in speculazione rerum inutilium & propagatione opinionum ab hominibus errantibus inventarum posuerint, atque adeo cognitionis sui ipsius & reflexionis in se ipsos fuerint oblii. Et quamvis hinc inde multa de introitu intra se ipsum fuerint inculcata, non tamen per illum introitum, ut fieri debuisset, sensibilem ac palpabilem certitudinem intellexerunt, sed tota doctrina tandem in Platonicam deificationem & enthusiasmum desit. Unde jam sua sponte sequitur quam frigide & impertinenter illis temporibus Philosophia morum & Jūrisprudentia naturalis fuerit exposita.

XIX. Et satis mirari non possumus, qui fiat, ut multi etiam inter Evangelicos ferre nequaquam possint, ut vel minimae tantum annotationes de dogmatibus Patrum Ecclesiæ proponantur, quæ vel exiguum particulam eorum sanctitati titulari & autoritati, tantum non omnipotenti, detrahere valeant. Adhibentur statim inventivæ & hæretificationes, cum magno abusu Scripturæ dictorum, in eos, qui ex amore veritatis ignoros sanæ doctrinæ de erroribus admonent. Declarantur hi esse maledicti, empectæ, detegentes pudenda Patris Noæ. Imo tandem usus luminis naturalis plane abjicitur, ita ut malint, se & alios privare ratione recta, à Deo tanquam nobilissimo dono concessa, quam ut depolnant intempestivum & irrationalem amorem erga homines imbecillitatibus humanis præditos, & non infallibiles. Notum est, quantas haec tenus calumnias & increpationes pasti fuerint viri quidam eruditæ, qui veritatem illam docuerunt. \*) Nec ipse adhuc audeo, rem hanc plenius expondere, vel saltēm ab aliis exposita fusiis referre, quam-

*Que tamen  
veritas ad-  
buc bodic-  
num valde  
exosa est.*

vis demonstratio hujus assertionis maxime ad scopum nostrum pertineat,

\*) *Dallans, Clericus, Balne.*

*Sed tamen  
frustra, oc-  
cultare.*

XX. Hoc tamen non obstante, studiosi sapientiae desiderio suo plura de hac re sciendi aliunde satisfacere poterunt. Hæc ipsa suppressio & abjeccio rectæ rationis ad maxime arcana inventa Papatus politici pertinet, quod primi Reformatores Ecclesiæ Protestantium statim detegere non poterant, utpote qui potissimum controversias Theologicas examinabant; neque Politici etiam advertebant, cum in Universitatibus nequaquam manuducerentur ad veram & rationalem Politicam, & in Papatu saltem errores Theologicos non vero astutias Pseudo-Politicorum arcitorum observarent. Et hæc tenebræ per aliquot secula regnarunt in orbe Eruditorum. Jam vero per Dei singularem gratiam lux meridiana tenebras istas discussit, & artificia omnia astuta ac violenta insufficientia sunt, ut non possint amplius, luminibus ubique perrumpentis veritatis officere.

*Commenda-  
m cum in fi-  
nem scripta  
Sculteti, Du-  
pinii, Cleri-  
ci, Beyki.*

XXI. Singulari providentiae divinæ adscribendum est, quod initio ante seculum celebris Theologus reformatus Abrahamus Scultetus medullam Theologiæ Patrum editorum, atque non solum doctrinas eorum sanas verum cum tædiosa prolixitate propositas, sed & nævios ac errores in Compendio exhibuerit, ita ut etiam Politici, qui alias tempus omnium rerum carissimum lectione Patrum perdere non poterant, quasi in speculo miseram conditionem illorum temporum cognoscere possent. Postquam vero illud mysterium vel arcanum semel detectum fuit, etiam non nulli autorum Catholicorum (quorum alias maxime interest, stabiliri autoritatem Patrum) crediderunt, frustra eam doctrinam amplius dissimulari, uti celeberrimi Galli Dupi-

nii Bibliotheca Patrum fere ubique demonstrat. Præterea doctissimi Clerici varia scrip*ta*, in quibus hanc materiam passim ex fundamento probat, in plurimorum manibus sunt, atque à multis veritatis cupidis cum tanta delectatione leguntur, ut frustra laborent, qui veritatem hanc, jam in vulgus pene notam, ulterius occultare velint. Ut adeo non opus sit ablegare lectors ad scripta Petri Bayllii, ex variis causis exos, qui alias hanc materiam etiam hinc inde fusius explicavit.

XXII. Cui vero tempus & occasio deficiunt, præfa-  
tos & alios Autores consulendi, ei valde commendanda est, *tio Barbey-*  
*eruditissima præfatio Barbeyracii*, quam versioni *gallicæ racii ad Pu-*  
*operis Pufendorfiani de jure naturæ & gentium præmisit, fendorfiani*  
*utpote qui laudabili & à Politicis & JCtis grata mente a-*  
*gnoscenda industria, quicquid de hac materia apud auto-*  
*res sibi lectos invenit, collegit, & clarissime monstravit,*  
*quod Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Tertullianus,*  
*Origenes, Cyprianus, Lactantius, Basilius, Gregorius Na-*  
*zianzenus, Ambrosius, Chrysostomus, Hieronymus, Au-*  
*gustinus, Leo, Gregorius Magnus, (en catenam Patrum*  
*Ecclesiæ præcipuorum & passim pro sanctis habitorum.)*  
*non solum in doctrina morali parum aut nihil sciverint, sed*  
*& in explicatione Scripturæ Sacræ aut alias, occasione ita*  
*ferente, varia noxia & erronea, ac non solum luci Evan-*  
*gelii, sed & juri naturæ adversantia dogmata (ut ipse loqui-*  
*tur) in animis auditorum suorum disseminaverint.*

XXIII. Ut autem arcana Politica Papatus eo melius *Necessaria*  
intelligantur, & Protestantes eo cautius eadem vitare, & *obserratio-*  
simul eo distinctius comprehendere possint, qua occasione *duplicis clas-*  
*sum naturale, in primis vero doctrina morum & politica, fisi doctorum*  
*item Jus Naturæ magis magisque obscurata & corrupta sue-*  
*rint, veritatis studio sequens ad profundiorem notitiam*  
*Ecclesia.*

historiæ ecclesiasticæ manuducens, sed communiter etiam à novissimis & alios errores annotantibus \*) Scriptoribus neglecta observatio valde commendanda est. Nimirum Patres Ecclesiæ omnium seculorum & scriptis & factis suis clarissimi in duas easque sibi adversas & repugnantes classes dividi commodissime possunt.

\*) e. g. Arnoldo & alio.

*Querū una  
fuit specu-  
lantium ve-  
ritates divi-  
nas & emen-  
dationem vi-  
sae negligē-  
riam.*

**XXIV.** Harum una quæsivit viam ad æternam felicitatem perveniendi, in vero & subtili conceptu mysterii essentiae divinæ, & supposita superius memorata doctrina de emendatione voluntatis sua sponte sequente emendationem intellectus, de cætero de christiana ac Deo placente vita pa- rum fuit sollicita. Sed hanc curam soli divinæ reliquit prvidentia. Hoc vero modo inculcatum fuit auditoribus intuitu vitæ christianæ, Deum esse Patrem indulgentissimum, qui non adeo rigorose examinaret actiones liberorum suorum charissimorum, qui se Christianos dicerent, sed patientissime ferret opera carnis, tanquam imbecillitates humanas, ac propterea Christum in hunc mundum miserit, ut liberos hos liberaret à jugo legis Mosaicæ; intuitu autem opinionum de divina essentia, ac æternis emanationibus ac operationibus, item de opere salvationis, per Christum, esse Deum zelotem & severum, atque velle, ut omnes Christiani circa hæc doctrinæ capita unanimes sententias secundum certas formulas facerent, ac confiterentur, atque ut hæ formulæ à supremis doctoribus secundum modum concludendi in conventibus politicis receptum per pluralitatem votorum conciperentur, & ut illi, qui ab istis formulis dissentirent, atque vel minimum apicem in iis mutare intenderent, etiamli alias fiduciam suam in Deo pone- rent, atque omnibus viribus eo allaborarent, ut actiones suas secundum ejus & IESU Christi præcepta instituerent;

non

non solum à Deo sine omni clementia & misericordia pœnitis æternis ac infernalibus afficerentur, sed & ut à Magistratu politico, qui sanctos Episcopos adjuvare, aut potius ab iis tanquam spiritualibus capitibus & patribus, ut brachia secularia, & filii spirituales obedientissimi diriguntur, debarent, ut scelestissima & maxime infamia monstra, igne, gladio, furca & rota punirentur.

XXV. Altera classis præcedenti plane opposita, oppositas etiam fovit doctrinas. Nempe ista dogmata de Deo & Christo, non solum doctrinæ Veteris sed & Novi Testamenti ac præceptis Christi plane adversari: Christum nou sustulisse decem præcepta sed præceptum charitatis, in quo tanquam in centro fundatus esset totus Decalogus, discipulis suis strenue inculcasse, atque eosdem laepius adhortatum esse, ut ea in re ejus exemplum sequerentur. Contra in Christi & Apostolorum doctrina paucissima inveniri de certis fidei formulis, sed has demum in subsequentibus seculis, ubi puritas & fervor pristinæ charitatis jam valde tepida & turbata evaserat, ortas esse: Christum Dominum in extremo judicio non examinaturum esse, quid quilibet circa mysterium essentiae divinæ crediderit, sed, ut ipse mysterium voluntatis divinæ à perniciosis traditionibus Pharisæicis purificaverit, ac discipulis suis inculcaverit, ita etiam de præceptis charitatis officijs in illa die examen instituturum, atque eos, qui eadem præstiterint aliis, ut oves ab hœdis separaturum esse, et si hi non solum ad veras de divina essentia opiniones, sed & ad prophetias & miracula sint provocaturi. Ergo non adeo opus esse, ut quis de emendatione intellectus sit sollicitus, sed potius ut incumbat emendationi voluntatis. Et cum communiter homines abuterentur libertate voluntatis à Deo ipsis indulta, serio & cum firmo proposito, ac zelo vere sincero istud opus esse

*Alienem  
dantium vo-  
luntatem, at-  
que de spe-  
culationibus  
parum solli-  
citorum.*

esse subeundum; renunciandum esse, & quasi moriendum tribus cupiditatibus vitiorum cardinalibus, voluptati, ambitioni & avaritiæ, & potius illis opponenda esse vota castitatis, paupertatis, & humilis obedientiæ, tanquam valde exinanientia istas pravas cupidines; confortandum esse spiritum crucifixione carnis, cum ejus desideriis & cupiditatibus; vitam caute esse instituendam secundum certas, & ab expertis & piis ac sanctis viris cum magna circumspetione inventas vitæ regulas & canones; ab inexpertis præterea ex iis viris piis & sanctis, eligendas esse certas personas, atque his directionem conscientiarum esse committendam, horum doctrinas & consilia esse sequenda, et si eadem videantur inexpertis parum prudentia aut rationabilia; potius ejusmodi cogitationes esse habendas pro tentationibus diabolicis aut operationibus rationis corruptæ, curjus insidiæ non melius evitari queant, quam si cœcæ huic rationi plane repudium mittatur, eaque sub fide captiverunt. &c.

*Uno verbo  
Orthodoxorum & My-  
sticorum.*

XXVI. Ut vero ea, quæ de his duabus classib[us] sibi oppositis dicenda restant, eo brevius proponi queant, comparabimus utramque inter se, & primam, quæ orthodoxiam strenue inculcavit, & hæretificationibus illustris fuit, evitandæ prolixioris descriptionis gratia, uno verbo recte opinantes vel orthodoxos, alteram, quæ purificationi cordis maximam navavit operam, & simul pene ubique ursit Scripturaræ Sacrae interpretationem arcanam, ac allegoricam seu mysticam, arcanos seu mysticos vocabimus. \*)

\*) Posset etiam orthodoxos appellare eruditos, mysticos pios, quia illi in eruditione (potissimum metaphysica) absque pietate, si in pietate absque omni eruditione (rationali) salutem quarebant.

*Horum inter se compara-* XXVII. Utraque classis optimam habebat intentio- nem, veritatem scilicet & justitiam. Utraque multas do- strinas

ctrinas proferebat insigniter bonas & utiles, sed & utraque ob non adhibitam debitam prudentiam in studio veri & boni errores immiscuit plurimos, & scandala dedit maxime ca-  
 venda. Utraque classis alteri adversabatur, eamque per-  
 sequebatur pro viribus. Utraque alteri occinebat tem-  
 pore persecutionis, non conveniens esse rectæ rationi, alio-  
 rum intellectui ad diversas opiniones inclinanti vim adhi-  
 bere velle, & utraque tamen, quamprimum superaret al-  
 teram & brachio seculari pro lubitu uti posset, defendebat,  
 pulcrum, æquum, justum & utile esse dissentientium intel-  
 lectui habenas injicere, eosque violentis modis ad assensum  
 adigere. Merentur eam ob rem curatius inspici historia  
 ecclesiastica de secta Donatistarum, & epistolæ Augustini  
 de persecutione dissentientium nostris temporibus a Patro-  
 nis persecutionis iterum impressæ. \*) In eo tamen erat  
 differentia, quod orthodoxi ea felicitate, ut brachium secu-  
 lare sibi haberent obnoxium, saepius gauderent, præ my-  
 sticis, cum doctrinæ fundamentales orthodoxorum aptio-  
 res essent ad gustum aularum, quam doctrinæ mysticorum,  
 nimis austerae & melancholicæ, utpote quæ ob carentiam  
 decori & monasticos mores, moribus aulicis pene erant  
 intolerabiles.

\*) Adde Barbeyrac. d. l. § 9. p. XXIX. ubi simile quid 'de Gregorio Nazianzeno refert p. XXVI.

**XXIX.** Utraque secta reges alias secundum lumen *Intuitus regiae naturæ* haud quaquam laude dignissimos ter beatos prædi-  
 cabat, si modo omnia facerent, quæ Doctores vellent, &  
 loco realis gratitudinis dabant regibus aurea verba, & ma-  
 gnos titulos ac cognomina Magnorum, Piorum, Sancto-  
 rum. Quamvis ex hac tenus dictis facile judicari possit, cur  
 multi Reges Magni, pauci sancti, pauciores pii dicti fuerint,  
 \*) Contra utraque maledicebat Regibus, & damnabat Im-

E  
peran-

perantes, non quidem impios, sed solum vel in minutis desiderio eorum adversantes, aut certe non in omnibus eorum dicta & facta approbantes & promoventes. Id tamen sic intelligendum, si modo docentes haberent occasionem & potestatem, ea adversus imperantes faciendi. Alias enim vindictæ studium dissimulabant, & principibus adulabantur. Hac vero ratione utraque secta suo modo potestatem & autoritatem supra laicos & regentes acquirebat, & pedibus suis eos subjiciebat. Et hoc intuitu utraque secta inter præcipua fulcra papatus numerari meretur.

*\*) Ita Constantinus, Theodosius, Carolus, Otto, Imperatores Magnorum, contra Henricus tertius Imperator & Ludovicus Rex Gallia Sanctorum, titulum acceperunt. Solus Ludovicus Caroli M. filius Pius dictus fuit.*

*Intuitu male & bone si de dei, item traditionis Scriptura.*

XXIX. Utraque accusabat alterutram, quod quasi contra conscientiam sponte & data opera falsas doctrinas defendeleret, & innocentes & incertos seduceret; & tamen in utraque secta erant homines non solum astuti, qui inter orthodoxos sub prætextu orthodoxiæ, & inter mysticos sub prætextu directionis conscientiarum intendebant imperare humanæ voluntati & intellectui, sed & viri probi & simplices, qui se ab astutis circumduci patiebantur, vel ex nimia simplicitate ipsis eo dilabebantur, ut sincere crederent, quod opus Deo gratum facturi sint, si doctrinas supra dictas, quocunque modo propagarent. Orthodoxi quidem præcipue allegabant traditiones Ecclesie, non tamen videri volebant, quasi quid Scripturæ adversum docerent. Mystici vero doctrinas suas ex sacris literis deducebant, sed putabant tamen etiam, quod magis convenienter cum moribus ecclesiæ primitivæ. Utraque Scripturam attemperabat doctrinæ suæ, cum potius suam doctrinam Scripturæ Sacrae subjicere debuisset.

XXX.

XXX. Utraque secta nimis extollebat vires animæ *Intuitu do-*  
 humanæ; orthodoxorum intellectum, mysticorum volun- *Erina de vi-*  
 tatis libertatem, & sic utraque abutebatur lumine naturali; *ribus intelle-*  
 orthodoxorum fines & terminos intellectus humani trans- *ctus & vo-*  
 grediendo, & hujus viribus essentias rerum penetrare *luntatis hu-*  
*mane.*  
 lendo, quarum cognitionem Deus homini tanquam ipsi in-  
 utilē, non dederat, contra autem voluntatem ejusque  
 emendationem negligendo: Mysticorum autem, nimis ex-  
 tendendo vires voluntatis, & nimis hortando, ad rejicien-  
 dum usum luminis intellectus & rationis humanæ.

XXXI. Utraque increpabat ethnicos, & philosophi- *Intuitu com-*  
 am gentilem, & tamen utraque orta erat ex seminario *parationis*  
 philosophiæ Platonicæ, aut discipulorum ejus: Orthodo- *cum philo-*  
 xorum, ex subtilibus disputationibus Platonicis de divina *sophia eth-*  
 essentia; Mysticorum vero ex doctrina Platonica de fine *nica & Pla-*  
*tonica.*  
 veræ sapientiæ, nempe unione divina per vias purificatio-  
 nis & illuminationis. Et sic tandem omnia utrobique de-  
 generabant in inutiles speculationes, & entusiasmos cum  
 jactura Christianismi simplicis & virtuosi. Quamvis enim  
 utraque pars docentium inculcaret laicis, melius esse &  
 beatius dare, quam accipere; Ipsi tamen per actiones suas  
 confirmabant oppositum axioma, accipere esse beatius,  
 quam dare.

XXXII. Utraque operam dabat, ut confirmaret do- *Intuitu me-*  
 trinas suas piis fraudibus, manifestis fabulis & falsis mira- *diorum ad*  
 culis. Utraque doctrinas suas incipiebat methodo plane *scopum per-*  
 opposita, sed tamen in fine conspirante. Orthodoxi deli- *veniendi et-*  
 cias honoris ac gloriæ temporalis nimis gustabant, & initio *iam opposi-*  
 doctrinam melancholicam ac quasi misanthropam mystico- *torum. Me-*  
 rum irridebant, postea tamen, cum viderent, contemtu hoc *thodus or-*  
 adversus mysticos æque parum ac persecutionibus profici,  
 cum subinde mysticis multitudo plebis adhæreret, proprius *thodoxorū.*

mysticis accedebant, ac eorum tria vota, castitatis, paupertatis & obedientiae pariter apud se introducebant, ac discipulis suis etiam certas vivendi regulas præscribebant, unde & hi Canonici vel regulares (quasi qui secundum certas vivendi regulas actiones suas instituerent) nominabantur. Sed paulo post iterum tædio hujus servilis & coacti vivendi generis capti, incipiebant animis paulo delicioribus aliquid indulgere, & intuitu eorum circa rigorem vivendi dispensare, unde postea Canonici in regulares & irregulares (quod idem, est ac si dixeris, in Canonicos & in non Canonicos,) distinguebantur. Et tamen laici hæc omnia placide concoquere cogebantur, nec citra piaculum contradictiones has vel irridere, vel easdem indigne ferre iis permittebatur.

*Mysticorum.*

XXXIII. Contra Mysticæ initio docebant, separatiōnēm esse christianis instituendam à consortio mundanorum, & vitam eremiticam, aut monasticam esse eligendam, id est, extra villas & civitates seorsim vivendum esse. Mox tamen Monachi (nam quod de Eremitis narratur, penetōtum fabulam lapit,) conjunctim in monasteriis vivere incipiebant; mox multa monasteria in mediis urbibus extreuebantur, mox se omnibus negotiis politicis immiscebant, juxta versiculum; *Quicquid agit mundus, monachus vult esse secundus.*

*Intuitu a-  
guiflionis  
voluptatum,  
divitiarum,  
imperii, per  
vota plane  
oppofita.*

XXXIV. Ergo tandem utraque secta mysterium invenerat, per media plane contradictoria acquirendi res contradictorias, per votum castitatis omnis generis voluptates, per votum paupertatis omnes divitias, & per votum obedientiae omne imperium, tantum non absolutum, ac summos honores; atque ista omnia non gustabant solum, sed & quiete possidebant, ac plenissime iis fruebantur.

XXXV.

**XXXV.** Utraque adeo secta urebatur arcanis papatus, tanquam potissimis fulcris, saltem cum ea differentia, quod Papa mysticos eximeret quidem inspectioni orthodoxorum, iisque tanquam militibus praetorianis uteretur, adversus potentiam & auctoritatem orthodoxorum, potestatem papalem subinde nec sine successu infringere ac deprimere conantum; neque tamen plane opprimeret orthodoxos, ne forte mysticorum potentia in immensum cresceret, ac ipsi tandem pariter metuenda foret.

**XXXVI.** Et quis tandem omnia enarraret, in quibus oppositae haec duæ doctrinarum classes amice conspirabant. Pauca hæc haetenus recensita ad nostrum scopum sufficiant. Si quis plura de iis meditari cupiat, ei commendamus *Rudolphi Hespiniani*, viri de historia ecclesiastica meritissimi, opus eruditum *de origine & progressu monachatus*, qui abunde suppeditabit argumenta, istas comparationes extenderi ulterius.

**XXXVII.** Licebit tamen addere hanc unicam comparisonem, ut quæ scopo nostro præ reliquis inservit, quod tandem utraque classis privaret auditores suos usu fannæ rationis, tanquam singularis Dei doni, dum videlicet orthodoxi laicos alligarent formulis, à se inventis, contra mystici motibus internis, seu enthusiasmis, & sic duo præjudicia capitalia intellectus humani in toto orbe christiano propagarent, ac fulcirent, orthodoxi quidem præjudicium autoritatis humanæ, mystici vero præjudicium præcipitatiæ.

**XXXVIII.** Simul vero in utraque classe, suppositis di- *Orta inde* & tis circumstantiis, crescebat indies crassissima ignorantia, *maxima &* eaque pariter arrogantisima & maxime insolens, cum neutra pars ferre posset, ut aliquis vel tantillum auderet verum *arrogans in-* usum luminis naturalis & supernaturalis, vel veritatem, po- *gnomantia.*

### 38 CAP. III. DE FATIS JURISPRUDENTIAE NATURALIB.

tissimum in doctrina de actionibus humanis, & de natura boni & mali ex tenebris in lucem protrahere, aliisque eam communicare.

*Distinctionis inter clericos & laicos* XXXIX. Jam à Constantini M. temporibus, vel paucis post orbis Christianus per apertissimam torturam sacram litterarum dividebatur in clericos & laicos, seu in spirituales & temporales. Cum enim ductu Scripturæ Sacrae tam audientes, quam docentes, sors electa Domini esse, atque non carnalia sed spiritualia operari, & in mundo quidem, sed non de mundo esse, id est, non secundum mores stultos mundanos vivere deberent; Doctores soli titulum spiritualium, & cleri affectabant, & contra auditores per contemptum laicos aut mundanos vel temporales vocabant.

*Nimius & intolerabilis contemnus laicorum.* XL. Neque contemptus hic in solo titulo terminabatur, sed etiam ulterius se extendebat, ut laici omnes a summo Rege, usque ad vilissimum mendicum haberentur pro plane ineptis, ut actiones suas, tam ad intellectum, quam ad voluntatem pertinentes, possent rationabili & Deo placente modo instituere, si ipsi soli secundum propriam conscientiam ratione sua uti aut Scripturam Sacram intelligere intenderent; Sed potius iis opus esse, si beatitudinem consequi, aut etiam in hac solum vita felices esse vellent, ut omnia crederent, & agerent, quæ ipsis credenda aut agenda à clero præscriberentur, aut mandarentur.

*Tam intuitu luminis supernaturalis, usus & lectio Scripturæ Sacrae;* XLI. Ad istum vero scopum obtainendum, interdilecta natura laicis inculcabatur, id esse omnino corruptum, in tantum, ut veritates, ejus ope inventæ, hominibus, quoad veram felicitatem etiam hujus vitæ sint noxiæ, si ea non antea à clero, utpote qui solus lumine supernaturali illuminatus esset, probe examinatae essent, atque approbatæ.

XLII.

XLII. Jam vero facile intelligitur, cur supra \*) docue- Orta inde  
maxima ser-  
vitus, & cœ-  
ca credulitas  
laicorum.  
rim, suppressionem luminis naturalis esse unum ex præci-  
puis fulcris papatus. Cum enim laicis semel esset persva-  
sum, ut omnia crederent, ipsis esse facienda & credenda,  
quæ à clero præscriberentur, & ut ab hac persuasione ipso-  
rum felicitas temporalis ac æterna dependeret, sua sponte  
inde sequebatur cœca obedientia & præcipitium necessarium,  
in extremam servitutem.

\*) *Suprà* §. 23. 35. 37.

XLIII. Hoc autem semel obtento, clerus non amplius Ac summa  
ignorantia  
cleri & bar-  
baries.  
habebat opus studiis ac lucubrationibus, quibus mediis lai-  
cos sub jugum mitterent, sed quotidie magis magisque im-  
mergebantur crassissimæ ignorantiae, ita ut tandem vix la-  
tine scribere aut legere noscirent, tantum abest, ut literis hu-  
manioribus ac artibus liberalibus, & disciplinis ad veram sa-  
pientiam necessariis, deditissent operam.

XLIV. Quodsi vero unus & alter ex laicorum nu- Item tyran-  
ni non nuncquam  
antea audi-  
vellet.  
mero, lumine naturali aut etiam Scriptura Sacra debito mo-  
do uti, & huic ignorantiae & ambitioni clericali obviare <sup>antea</sup> audie-  
tur, non tamen magnus inde progressus sperari poterat,  
sed potius justo & in virum constantem cadente metu de-  
terrebatur, ne tanquam homo sceleratissimus omnibus  
bonis & honore, imo ipsa vita, propterea à clero privare-  
tur, in primis cum in illis seculis barbariei res jam eò deve-  
nisset, ut clerici etiam ipsos Imperatores, Reges & Princi-  
pes ob hanc solam causam, quod recta ratione uti, & se  
non pro truncis aut asinis haberi vellent, excommunica-  
tione, dethronisatione, & aliis arcanis status clericalis sup-  
primeret, & tantum non pedibus calcaret.

XLV. Reliqua vero laicorum turba in officiis auli- Laicorum  
& greci  
conditio mi-  
sim in illis  
seculis.  
cis vel militaribus, aut etiam in rebus œconomicis ad culturam pertinentibus adulta vix de genuino usu sanæ ra-  
tionis.

tionis cogitabat. Etenim à natura omnes homines stultiis & actionibus rationi adversis immersi sunt, & rarissime eorum aliquis sine manuductione aliorum ad viam sapientiae sua sponte transfertur. Talis vero manuductio tunc temporis frustra à clero ob rationes, modo dictas, speranda erat.

*Cleri indulgentia in laicos stupidos & barettos.* XLVI. Accedebat, quod Clerus eo omnibus incumberebat viribus, ut potentiores, ditiiores, ac acutiores ex laicis in stultitia & cupiditatibus suis confirmarent, ita ut mitissime eos tractarent, ac omnia illis indulgerent, si modo venerantur clerum, si ad pias causas, monasteria, hospitalia, orphanotrophia, ac ptochotrophia sive per actus inter vivos, sive per ultimas voluntates magna dona conferrent, ac paucissimos illos ex laicis, qui clero se opponere auderent, exilio, fustigationibus, gladio, rota, vivicomburio &c. persequerentur.

*Laici etiam usu sensus communis privantur.* XLVII. Quæ artes & media, quamvis sensu etiam communi essent adversa, nec adeo profundis meditationibus opus esset, ad ea animadvertenda, non tamen licebat laicis, etiam sensu communi, sine indulgentia & approbatione cleri, uti. Quodsi vero quis seinel eò pervenit, ut rebus à se apertis oculis visis, & apertis auribus auditis &c, non credat, facilliue ab alio persuaderi etiam potest, ut pro lubitu ejus etiam in ignem & aquam se præcipitet, uno verbo, ut secundum ejus directionem citra omnem ulterioremeditationem actiones maxime alienas à rectæ rationis dictamine, naturæ humanæ adversas, turpes, injustas, sub persuasione, quod eadem sint actiones rationi convenientissimæ, jucundissimæ, honestissimæ ac justissimæ, suscipiat.

*Quod exemplo declaratur.* XLVIII. Atque ut vel unico exemplo observationem hanc declaremus, si clerus laicos non privasset usu sensuum, quomodo alias fieri potuisset, ut laicis superstitione & ido-

& idololatria stultissima fuisse persuasa, ut videlilet hostias, (quas omnium oculi vident, manus palpant, nares olfaciunt, linguae gustant, non esse panem sed hostias,) initio crederet, ante consecrationem panem esse, non hostiam, post consecrationem vero in corpus esse transubstantiatum, & quod cum Iohannes Apostolus auditoribus suis non minori modo persuadere posset sinceritatem doctrinæ suæ, quam quod ea ipsis annunciareret, quæ oculis suis viderat, manibus palpaverat, & auribus audiverat, potius clero contra credendum sit, id certissimum esse, quod oculi non videant, nec manus contredicent, & cuius comprehensionem plane oppositam sensibus percipient.

## CAPUT IV.

## DE FATIS JURISPRUDENTIAE NATURALIS AB ORIGINE ACADEMIARUM AD TEMPORA REFORMATIONIS.

## L

**Q**uæ hactenus diximus, eo minus miranda sunt, si quis consideret, qualis conditio scholarum illis seculis in orbe Christiano fuerit. Rem totam alias prolixam, in brevem summam contrahemus. \*) Postquam imperium occidentale per varias gentes Germanicas & Scythicas, & orientale per Saracenos suppressum & pene desolatum fuisse, à seculo sexto scholæ publicæ in Regno occidentalí, per Italiam, Angliam, Galliam, Hispaniam & Africam, à seculo septimo etiam in imperio orientali, per Asiam, Græciam, Ægyptum &c. penitus defierunt.

\*) Vide *præ aliis quoad hunc & sequentes paragraphos Conringit Antiquitates Academicæ.*

*Restitutio  
carum secu-  
lo nono.*

II. Evidet Benedictus Abbas in seculo quinto multa nova monasteria instituerat, ac regulas novas vivendi in usum monachorum conscriperat, sed hæ scholæ non publicæ erant, sed monachis propriæ. Ut adeo post interitum scholarum publicarum soli monachi pro eruditis haberentur, donec seculo nono \*) Rex Asphredus Oxoniæ in Anglia, & Carolus M. Lutetiæ Parisiorum in Gallia iterum scholas publicas erigerent, quas postea alibi aliæ subinde sequebantur.

\*) *Scilicet in ecclesia occidentali. Nam in orientali & apud Grecos Scholastica Theologia jam seculo octavo, tempore Iohannis Damasceni, regnare incepit. Dn. Heinric. de Eccles. Greca Parte I. c. 2. §. 35. p. 119. De fructibus hujus Theologie Scholastica in Gracia confer cumdem P. 2. c. 5. §. 18. p. 173. c. 6. §. 6. p. 185.*

*Harum conditio prima fuit. Magistri harum scholarum sumebantur ex monasteriis: intuitu di-* in monasteriis tum regnabat summa ignorantia, & pro magisteriis & venefico habebatur, qui vel tantillum in philosophia, in primis naturali, & mathesi intelligeret. Quatuor facultates Academicæ hodiernæ illis temporibus nondum erant in usu, scilicet Theologica, Juridica, Medica & Philosophica. In scholis inferioribus, quas hodie scholas simpliciter vel communes aut vulgares (*gemeine Schulen*) dicimus, partes orationis, quæ hodie sub Donati nomine veniunt, docebantur; in scholis superioribus autem septem artes liberales, \*) Grammatica, Dialectica, Rhetorica, & quatuor scientiæ mathematicæ, Arithmetica, Geometria, Astronomia & Musica, quamvis communiter tribus prioribus scientiis *logisticis*, seu ad sermonem, pertinentibus inhærent Magistri scholarum, illisque per totum vitæ tempus ultra meritum incumberent discentes pariter ac docentes, contra vero accurasier inquisitio scientiarum mathematicarum

carum negligeretur. Nam parum utile videbatur clero & monachis, ut laici in talibus scientiis profundius informarentur, aut exercearentur, quæ omnem autoritatem humanae respununt, & vel rationes palpabiles, vel assensum sensus communis desiderant, quales præ cæteris sunt scientiarum Mathematicarum.

<sup>\*)</sup> *De his vid. Tom. I. obs. Hallens. obs. 4.*

IV. Explicabantur vero artes liberales in scholis secundum doctrinam S. Augustini, de quo jam supra fuit mentionem, quod Platoni potissimum fuerit addictus. Metaphysica, physica & ethica doctrina primis temporibus in scholis non proponebatur. Postquam autem <sup>Secundum doctrinam</sup> Saraceni Aristotelis opera ex tenebris iterum in lucem protraxerant, & in linguam Arabicam verti curaverant, ac hoc modo scripta Aristotelica per Arabes etiam in Hispania cognita esse inceperant, mox etiam quidam Professores artium scholæ Parisiensis gustum inde capiebant, atque in schola Parisensi ejus lectionem introducere cupiebant. Valde vero instituto obstabant veteres Professores, atque artibus callidis papas eo disponebant, ut Aristotelis libri per conclusum Concilii Parisiensis prohiberentur, atque nonnulli primorum commentatorum Aristotelis, Petrus Abelardus, Petrus Lombardus, & alii, male audirent, tanquam Magistrorum suspecti ac periculosi. Inprimis autem S. Bernhardus omnibus viribus adjuvabat inimicos alias Abelardi, ut is hæreticus declararetur.

<sup>\*)</sup> *Additum quod hunc §. Hornii Histor. Philosophicam, Bulai Histor. Acad. Parisiensis Lauroii de varia fortuna Aristotelis, Histor. Sap. & Stultit. T. I. cap. 6.*

V. Cum vero papa & clerus rem paulo attentius ponderarent, & intelligerent, Aristotelis metaphysicam, physicam & ethicam luminibus autoritatis clericalis non obfuscam

turas esse, cum parum vel nihil contineant, quibus ad genuinum usum luminis naturalis uti quis posset, quin potius appareret, Aristotelicam Philosophiam multum profuturam esse ad augendam autoritatem clericalem, priora decreta papalia mox mutabantur in favorem philosophiæ Aristotelicæ, & lectiones ac professiones philosophiæ, quæ realis vocatur, scilicet metaphysicæ, physicæ, ethicæ secundum principia Aristotelis in schola Parisiensi publice introducebantur.

*Origo trium facultatum superiorum.* VI. Facultas Theologica, & præcipue Sorbona, adhuc hodienum florens, postea sub linea Capetinga fuit fundata, subsequentibus temporibus etiam facultates Juridicæ, & initio quidem cæsarei, postea etiam pontificii juris fuere ortæ, donec tandem etiam facultas medica ex monasteriis, in quibus hactenus per aliquot secula latuerat, in scholas publicas protracta fuerit.

*Remissio ad autores.* VII. Qui plura de origine & progressu quatuor facultatum Academicarum scire cupiet, in *Conringii* dissertationibus de antiquitatibus Academicis, B. Jacobi Thomasi meditationibus de Philosopho Arisista. (Tomo 6. Observ. Hallens. insertis) Claudi Fleurii tractatu de selectu & ordine studiorum, sicutim suam restinguere poterit. Nec omittenda ipsi erunt aut superficiarie consideranda diplomata & documenta à Iohanne Launois hinc inde libris de varia fortuna Aristotelis in Academia Parisiensi, inserta, utpote quæ varia non ubivis obvia suppeditabunt curioso antiquitarum Academicarum indagatori. Si ex titulo judicium ferendum esset, etiam tractatus Iohannis Filefaci de origine & statuorum Facultatis Theologica Parisiensis libro primo selectorum ejus A. 1621. Parisiis editorum annexus, commendari deberet. Sed vereor tamen, ut multa notabilia ibi reperiantur, siquidem de libro non inspecto judicare liceat ex illis, quæ B. Pater hinc

hinc inde excerptis, & quod Conringius paucissima ex hoc auctore in usum dissertationum suarum attulerit. Iustum tamen defectum cum sc̄nōre supplebit Stephanus Paschasius in eruditissimis *inquisitionibus Francicis*, †) qui plūrima suppeditabit, ad hunc sopusu facientia, ab aliis non observata \*).

†) *Libro potissimum ultimo.* \*) *Et adhuc plura Buleus in Tomo VI. Historia Acad. Parisensis.*

**IIX.** Neque tamen illa observatio de statu primævo *Ignorantia Professorum* in studiis universalibus, (unde Universitatum primorum postea nomen ortum fuit,) à scopo nostro aliena erit. *Magistrorū, libris certis propterea quasi alligatōrum.* Monachi qui juventutem informare in studiis debebant, ut modo dictum, maxima ignorantia laborabant ipsis, atque adeo non erant capaces, ut lumine naturali intellectus humani ipsimet debito modo uti possent. Igitur opus erat, ut illis, qui aliorum intellectum dirigere atque in activitatem transferre deberent, certi quidam libri, instar sufficiaculorum in manus darentur, ut ipsorum intellectus pedetent in ope illorum progredi paulatim asuefieret. Suberat etiam arcanum politicum clericale: Metuebant enim, si primis professoribus libertatem reliquissent, ut in disciplinis, quas profitebantur intellectu suo pro lubitu uti potuissent, ne ipsimet mysteria clericalis & papalis potestatis & autoritatis pseudo divinæ introspicerent, atque arca illa laicis propalarent. Igitur postulabat astutia clericalis, ut Magistri alligarentur quasi ad certos quosdam libros, ut si hoc modo ipsi sub præjudicio humanæ autoritatis quasi sepulti essent, idem præjudicium tanquam fundamentum Papatus eo majori cum successu in animis auditorum firmas ageret radices.

**IX.** Hactenus Philosophi septem artes liberales secundum Augustinum aut Casiodorum tradiderant. Postea incipiabant libros Aristotelis metaphysicos physicos & ethicos eti-

etiam exponere. Successu temporis, rejectis Augustini & Cassiodori libellis, videntur Organum Aristotelis & Rhetorici libri ejusdem in priorum locum successisse, & cum in Aristotelis operibus non invenirentur institutiones mathematicæ, studia mathematica, accendentibus rationibus, modo \*) memoratis, quotidie magis magisque negligebantur. Theologi, ut mox latius explicabimus, ad sententias Petri Lombardi erant adstricti; JCci ad duo corpora juris, civilis nempe & canonici; Medici ad Galenum. Sic vero cuilibet facultati certi fines ac spatia, intra quæ intellectum suum exercent, & quorum terminos tanquam servi, ad triremes damnati, egredi non possent, erant praescripta.

\*) Scilicet s. 3.

*Misera con-  
ditio philo-  
sophiae mo-  
ralis ac ju-  
ris natura-  
sub Philoso-  
phie,*

X. Videamus jam, quænam fuerint fata Philosophiae moralis & juris naturæ in universitatibus. Incipiamus à Philosophis. Aristotelis libri ad Nicomachum ejusque magna moralia sunt quidem libri non undique absurdi, aut spernendi, interim tamen passim inutilibus subtilitatibus, atque tædiosa prolixitate, pro more Aristotelis, in tantum laborant, ut e. g. in exiguo Epicteti enchyrido melior methodus & plura realia, ut in scholis loquimur, occurrant, quam in magnis istis voluminibus Aristotelis. Adde, quod Aristoteles id principium cum reliquis sectis Philosophorum Græcorum commune habeat, sufficere emendationem intellectus ad emendationem voluntatis. Multa quidem de virtutibus differuit, sed naturam earum, & quomodo fictæ virtutes à genuinis accurate discerni debent, ut & media virtutes acquirendi, vel plane non attigit, vel superficiarie saltem & obscurissime, quamvis multis verborum ambagibus adhibitis, exposuit. Id certum est, quod de prudentia consultatoria & legislatoria, item de Jurisprudentia naturali nulos reliquerit libros. Ut adeo, ut mox

mox videbitur, Theologi doctrinam de justo & injusto ab illis temporibus totam sibi solis vindicaverint, & Philosophis nihil, quod de justo & injusto auditoribus suis proponerent, reliquerint. Certe ethica Philosophorum in Academiis, à Papis institutis, tam jejuna fuit, ut ad nullum plane vel minimum usum in vita civili ejus doctrina potuerit adhiberi. \*)

\*) Plura bac de re dixi in Programmate Germanico de novis ethica Aristotelica Tom. I. der kleinen teutschen Schriften p. 71. seq.

XI. Professio Politices in Academiis per aliquot secula fuit incognita, & sero in quibusdam Academiis protestantibus orta est. Et jam Pufendorfius in discursu de Monarchia Papali notavit, quod ad arcana papatus pertineat, ut doctrina politica vel plane non tractetur, in Academiis, vel certe sic doceatur, ut cum interesse cleri non pugnet. Unde etiam factum est, ut clerus ipsum titulum Politicorum in malam partem detorserit, & nescio cuius criminis vel erroris noxii suspectum reddiderit. Sed ea dispectio postulat aliam occasionem, \*) dum politica, jus naturæ & ethica, quamvis communiter misceantur, tamen variis modis differant.

\*) Vide, qua differunt de prudencia consultatoria cap. 3. ferè per integr.

XII. In Corpore Juris Justinianei, quod JCtis in manus Misera condabatur, ut id studiosis explicarent, multæ quidem bonæ doctrinæ ex jure naturæ extabant, sed id parum professe poterat Professoribus novellis juris in Academiis. Initio enim JCti Romani non ex professō tractaverunt de jure naturæ, sed saltem hinc inde in explicatione Juris Romani & quasi obiter mentionem fecerunt juris naturæ & gentium. Quare nec in Corpore Juris ostensæ fuerunt differentiæ accurate inter Jus naturæ & civile Romanum, quatenus tale. Accedit, quod ipsi JCti Romani, diversis sectis addicti, saepius inter se dis-

se dissentirent, & quod ipsum Corpus Juris ex his dissentientibus opinionibus magnam partem compositum esset. Ut taceam differentiam, quæ inter istos JCtos est, ratione graduum eruditionis. Ex quorum scriptis pandectæ sunt compositæ, si non omnes, plerique tamen, homines insigniter eruditæ, & juris naturæ non ignari fuerunt. Sed JCti circa finem tertii & subsequentium seculorum, quorum opera pleræque leges codicis conceptæ sunt, non amplius ea eruditione & scientia juris naturæ fuere prædicti, cum illis temporibus jam inciperent secula barbarie & ignorantiae. Unde non mirandum est, quod in ipso Corpore Juris saepè occurrant doctrinæ, in quibus principia iuris gentium cum principiis, Juri Romano peculiaribus, fuerint confusæ, uti v. g. in capitibus de patria potestate, de potestate dominorum in servos, de modis acquirendi dominium jure gentium, de captivitate & jure postliminii, partim ab aliis, partim alibi id fuisse ostensum. Ita peculiari disputatione docui, quod JCti, qui Diocletiano persuaserunt, ut in emtione & similibus contractibus indulgeret restitucionem ex capite læsionis ultra dimidium, neque principia philosophiæ moralis, neque juris naturæ, neque naturam emtionis venditionis intellexerint, & quod illa lex Diocletiani non nisi æquitate cerebrina nitatur, quæ nunquam usum practicum habuerit, neque habere unquam posset.

*Partim ob  
conditiones  
iporum Professorum Ju-  
ris.*

XIII. Quicquid tamen sit de ipso corpore juris, ipsi certè Professores primi juris, qui in Facultate juridica noviter institutarum Academiarum hoc corpus juris juventuti expondere debebant, ferreis quidem capitibus & plumbeis, ut ipsi loquebantur, natibus erant prædicti, sed ista requisita non sufficiebant ad genuinam legum interpretationem. Carebant mediis primariis corpus juris exponendi, scilicet studio

Studio philosophiae & in primis philosophiae moralis & politicæ, item historiæ & antiquitatum Romanarum. Ergo in magna quidem copia glossis suis illustrare volebant leges Romanas, & istæ glossæ mox parem autoritatem nanciscebantur cum ipsis legibus, sed ubique tamen se produnt plurima indicia, quod disciplinam juris naturæ, non quidem ex propria culpa, sed pro genio illorum temporum plane ignoraverint. Et quamvis tandem plures fuerint secuti, qui studium historicum & alia studia amœniora & humaniora cum studio jurisprudentiæ conjungerent, alii tamen ex ipsis dilabebantur ad litigia pure grammaticalia; alii strictius sequebantur principia juris Romani, & rarissime tractabant controversias juris naturæ & gentium. Imo utraque classis tam Glossatorum, quam Humanistarum, uti vocabantur, communi persuasione erant imbuti, quasi controversiæ inter Reges & Principes vel Republicas diversas tantum ex corpore juris possunt & debeant definiri, quod etiam, quotiescumque ferret occasio, perficere intendebant. Docent id abunde scripta v. g. celeberrimorum JCtorum, apud Hispanos Didaci Covarrubiæ, & Ferdinandi Vasquii, apud Gallos Francisci Hottomanni, & Iohannis Bodini.

XIV. De Canonistis adhuc plures observationes quam *Miseris con-*  
*de legistis afferri possent, cum notum sit, papam corpus *ditio juris**  
*juris canonici eum in finem condidisse, & ut in Academiis *natura apud**  
*id explicaretur, instituisse, ut legistæ, qui ubique incipie-*  
*bant iura imperatorum adversus tyrannidem cleri ex cor-*  
*pore juris Justiniane utcunque defendere, eo magis con-*  
*funderentur. Juris Naturæ in jure canonico rarius fit*  
*mentio, quam in Jure Justiniano. Sæpius quidem ad le-*  
*gem divinam & sacras literas provocat jus canonicum,*  
*atque eo modo propontuntur ejusdem decreta, ut credu-*  
*lis & simplicioribus facile persuadeatur, doctrinam juris*

canonici esse plane supernaturalem & sanctissimam. Sed prudentiores, & qui arcanorum politicorum cleri papalis vel tantillum gnari sunt, facile deprehendunt, primarium scopum juris canonici eo tendere, ut funditus destruantur doctrinæ rationis sanæ de genuina differentia actionum bonarum & malarum, justarum & injustarum, item de imperio & magistratu politico, atque ut ipsum imperium, clero malis artibus sub specie zeli super gloria Dei quæsitum, ope inanum doctrinarum de regimine ecclesiastico conservetur. Optandum esset, ut JCti protestantes jam dudum eo incubuissent, quo arcana pseudo-politica juris pontificii omnibus palpanda detergerentur; & certo sum persuasus, ne unicum quidem titulum in decreto & decretalibus deprehendi, \*) cui non immixti fuerint ejusmodi regulæ rationis status clericalis.

\*) Quod nunc demonstrant note ad Lancelotum.

*Miserae con-* XV. Quod facultatem Theologicam noviter introdu-  
*ditio juris* etarum universitatum attinet, initio supponenda est noti-  
*natura sub* tia de ejus origine, quæ talis videtur fuisse. Jam supra \*)  
*Theologia* monitum fuit, valde displicuisse scholæ Parisiensi, quod Pe-  
*primus Aca-* trrus Abælardus & Petrus Lombardus loco Augustini libros  
*demicus, in* Aristotelis explicarent. Sed mox accidebat, ut Petrus Lom-  
*specie Petro* bardus, qui Principis Regii informator antea fuerat, in e-  
*Lombardo.* piscopum Parisiensem eligeretur, atque adeo sua autorita-  
te magnum pondus adderet doctrinæ Aristotelicæ, & in-  
tercessione sua apud Reges Galliarum id efficeret, ut quæ  
haecnenus non fuerat in usu, peculiaris facultas Theologica  
constitueretur. Atque id vel exinde redditur verosimilius,  
quod postea Professores Theologiae loco Sacræ Scripturæ  
exponerent libros sententiarum Petri Lombardi. Consta-  
bat istud opus ex quatuor libris. In primo agebat de uni-  
tate Dei & Sancta Trinitate: in secundo de creatione, an-  
gelis

gelis, homine & gratia divina: In tertio de adventu Christi in carnem, de virtutibus & vitiis: In quarto de sacramentis, morte, judicio extremo, vita æterna ac inferno. Verosimile est, quod uti Lombardus in his libris voluit doctrinam Augustini cum Aristotelica unire, ita etiam in toto opere Theologia & Philosophia inter se confusæ, & Scriptura Sacra ex principiis philosophiæ paganæ exposita, simul vero in doctrinis moralibus & ad jus naturæ pertinentibus ignorantia vetus & errores communes propagati fuerint.

\*) *Suprà §. 4.*

XVI. *Iste vero liber sententiarum tum erat fons sapientiæ theologicæ, in quem viritim Professores Theologiæ glossas suas scribebant, uti Jurisconsulti in corpus iuris, Wilhelmus Antissiodorensis, Albertus Magnus, Thomas Aquinas, Bonaventura, Guilielmus Durandus, Iohannes Duns Scotus, Occamus, Estius, commentariis suis in Lombardum editis, quasi de præmio certabant, quisnam ex illis præ reliquis mentem Lombardi rectè exponere valeret. Et cum saepius in explicatione sua inter se dissentirent, & tamen quilibet sententiam suam, ut veriorem, tueretur, statim inter hos scholasticos ratione orthodoxyæ sectæ orientabantur, Albertistarum, Thomistarum, Scotistarum, Occamistarum, quas inter secta Thomistarum ob autoritatem Thomæ Aquinatis fere pro præcipua habebatur. Siquidem Thomas non solum commentariis illustraverat libros sententiarum Lombardi, sed & ipse novum systema sive Summam Theologiæ scriperat, quod multis sic placebat, ut quasi obliti sententiarum Lombardi, commentaria in hoc sistema Thomæ Aquinatis scriberent, uti fecerunt Thomas de Vio, Cajetanus, Bartholomæus Medina, Gabriel Vasquez, Franciscus Svarez, & alij. Interim in his omnibus com-*

mentariis tam super sententias Lombardi quam super summam Thomæ frustra quæres doctrinas utiles & à fana ratione profetas, sed omnia repleta sunt autoritatibus, subtilitatibus, inanitatibus. \*)

\*) Vid. Tribbech. de scholaft. 1010 cap. 4. & 6. p. 152. seq.

*Ad se tamen*

XVII. Cœperunt etiam scholastici Theologi jus naturali repente & philosophiam moralem sub variis titulis eripere sibus doctrinæ philosophis, & sibi solis vindicare. Scribebantur Summum monitum moralem & iuris naturæ à Sylvestro Prieriate, relectiones morales à Franciso de Victoria, resolutiones morales ab Antonio Diana, Theologia Moralis ab Antonio de Escobar, casus conscientiae à Bartholomæo Medina & Iohanne Azorio, volumina de justitia & jure à Dominico à Soto, Ludovico Molina, Leonhardo Lessio, aliis. Inprimis autem Jesuitæ operam dederunt, ut principia maxime noxia & periculosa in doctrina morali inculcarentur, & adhuc hodie id faciunt. Nam ex haec tenus memoratis Gabriel Vasquez, Franciscus Svarez, Iohannes Azorius, Ludovicus Molina, Leonhardus Lessius, Antonius Escobar Jesuitæ fuerunt.

*Commentantur Tribechovius & Hospiniani scripta.*

XVIII. Qui haec tenus dictorum illustrationem ulteriorem desiderant, iis commendamus libellum eruditum Adami Tribbechovii, de Doctoribus scholasticis & corrupta per eos divinarum humanarumque rerum scientia, Gieslæ, Anno 1665, publicatum, in quo diligenter, quæ ad præsentem scopum faciunt, collegit plurima, ut adeo nova editio valde desideratur à cupidis antiquitatum & historiæ literariae. Invenies etiam in libris Rudolphi Hospiniani de origine & progressu Jesuitarum non pauca huc pertinentia.

*Item jam ante Reformationem scripsit Avenius.*

XIX. Fuerunt equidem semper pauci, qui confusioni & doctrinis erroneis scholasticorum, orthodoxæ tamen ostionem peram dantum, contradixerunt. Sed tamen illi ab his, tanquam numero eos vincentibus, ad imitationem primorum

rum seculorum, de quibus capite præced. locuti sumus, super*ni, Vivis,*  
 pressi & tanquam hæretici, persecutionem passi fuere, sic *Agrippa.*  
 ut pauca testimonia de illis ad nos pervenerint. Interim  
 paulo ante reformationem & circa eandem nonnulli gravi-  
 ter & distincte de ineptiis studiorum scholasticorum con-  
 questi sunt. *Aventinus*<sup>\*)</sup> in *Annualibus Bavaricis* de corru-  
 ptione veræ sapientiæ & eruditionis per theologiam schola-  
 sticam sæpius conquestus est. Pariter *Ludovicus Vives* in li-  
 bris *de causis corruptarum artium & disciplinarum* hoc thema  
 secundum singulas liberalium artium & philosophiæ partes  
 tractavit. Scopus libri, quem *Cornelius Agrippa* de vanitate  
 scientiarum edidit, primario eò tendit, ut ostendatur vani-  
 tas scientiarum, prout ea tum temporis in universitatibus  
 tractabantur à Professoribus. Iohannes *Reuchlinus* in *epi-  
 stolis obscurorum Virorum* sale satyrico eos bene perfribuit,  
 postquam ab illis satis diu vexatus esset, utpote qui inten-  
 derent, ut Reuchlinus, tanquam hæreticus, condemnaretur.

<sup>\*)</sup> *Loca Aventini citat & excerpit Tribbeckov. cap. 5. §. 4. p. 103.*

XX. Nemo tamen ex istis plius nocuisse videtur *Maxime E.*  
 scholasticis, quam *Erasmus Roterdamus*, dum non solum in *rasmi.*  
 scriptis suis passim errores eorum theologicos &  
 philosophicos notavit, sed & stylo acuto & mortifican-  
 te monachorum & Professorum malitiam, stultitiam, &  
 ignorantiam, partim in *colloquiis familiaribus*, partim in  
*Encomio Morie* ad vivum depinxit. Vir quondam illustris  
 Esaias Pufendorfius hos Erasmi libellos, dum in itinere  
 esset, temporis fallendi causa secum habebat, Mirabar equi-  
 dem ante viginti quinque <sup>\*)</sup> annos, cum in itinere per Li-  
 psiam transiret, & colloquia Erasmi penes ipsum conspicie-  
 rem, quid rei viro politico, & Regii status Ministro cum  
 libello hoc scholastico esset, sed responsum ferebam, etiam  
 prudentissimos in colloquiis & encomio Morie suas le-

ctiones repertos, quod judicium seu consilium ab eo tempore in frequenti horum libellorum lectione saepius deprehendi esse verissimum, quare & aliis id commendato, qui papatum occultatum hodiernum, etiam in illis locis, ubi paucissimi eum querendum esse arbitrantur, cognoscere laborant.

\*) Nunc triginta.

*Miseria jurisprudentiae naturalis, sub mysticis. Origio Theologiae mysticae.*

XXI. Satis de classe orthodoxorum, pergendum ad mysticos. Supra\*) jam notavimus, hos usos fuisse principiis doctrinæ plane diversis & oppositis methodo docendi orthodoxorum; sed tandem tamen utramque desisse inabusus & fulcra papatus. Multa memorabilia de origine & progressu theologiae mysticæ colligit B. Pater, in schismate historico, cuius ante paucos annos novam editionem paravi sub titulo *originum historia philosophica & ecclesiastica*. Cum vero illæ observationses non solum conducant ad illustrationem jam supra annotatorum, sed etiam ad meliorem intellectum eorum, quæ porro de mysticis dicemus; non inutile erit, si illi, qui profundius ea de re meditari cupiunt, libellum illum conferant ipso. Excerptus hoc loco saltem potissima.

\*) c. 3. §. 23. seq.

*Partim ex Cabbala Ju-  
daeorum.*

XXII. Notum est, quod apud Judæos jam ante plura secula doctrina arcana, quam cabbalam vocant, fuerit recepta, quam ipsi volunt a Deo Moysi, cum legem ipsi dictaret, separatim esse manifestatam, ab hoc vero doctrinam cabbalisticam \*) per traditionem oralem communicatam esse Iosuæ vel septuaginta duobus senioribus, & ab his rursus ad successores esse propagatam. Jam nullum est dubium, quod multi Judæorum, ad doctrinam Christi conversorum, huic doctrinæ cabbalisticæ fuerint addicti, & ita prima quasi fundamenta theologiae mysticæ jecerint.

\*) Addit. Tom. II. Obs. Hallens. Obs. I. cuius Autor est D. Buddens. Item ejusd. Introd. ad Histor. Philos. Hebr.

XXIII.

**XXIII.** Sed nec etiam dubium est, quin ab ethnica philosophia, & maxime Platonicorum & Stoicorum major pars fundamentorum theologiae mysticæ fuerit perita. **Si-**  
**mon Magus**, viventibus Apostolis, nefandam hæresin inter Christianos disseminaverat, dum ex doctrina Zoroastris duos Deos, unum bonum, alterum malum, & ex communi philosophia Græcanica duo principia coæterna, Deum & materiam primam, pro fundamentis sectæ suæ posuerat, & his fundamentis vitam turpem & impiam superstruxerat. Ejus auditores & discipuli in primo & secundo seculo sub pluribus iisque diversis hæreticorum nominibus in Historia Ecclesiastica notati per totum Christianismum se diffundebant, & se tamen in contemptum dissidentium spirituales, Gnosticos, (seu scientes,) & perfectos nominabant.

Partim occa-  
sione Simonis  
Magi doctri-  
nae.

**XXIV.** Cum igitur doctores ecclesiæ omnibus viribus, pestilentibus illis hæreticis se opponerent, ac dogmata eorum refutare conarentur, istis quidem non dispicebat, quod veri Christiani deberent esse perfecti & spirituales, atque scientia & gnosi rerum salutarium prædicti. Sed tamen aliam plane viam à via hæreticorum illorum plane differentem monstrabant, quomodo veri Christiani ad hanc gnosin, perfectionem & spiritualitatem pervenire possent. Atque ea de re præ reliquis Clemens *Alexandrinus* valde erat sollicitus, atque peculiarem librum, cui *Pedagogi* titulum dedit, de manuductione Christianorum scripsit, imo in libris *stromatum* plurima habet de differentia Gnostcorum & hæreticorum.

Quos refu-  
tare volebant  
Patres, &  
principie Cle-  
mens. Ale-  
xandrinus.

**XXV.** Id tamen maxime dolendum est, quod optimus hic Pater & Doctor ecclesiæ laboraret maxima obscuritate & amethodia, & omnia sine ullo ordine tractaret promiscue, imo data opera ista confusione & obscuritate

tate uteretur, \*) ut videlicet haberent perfecti & gnostici, qui scilicet soli ista arcana intelligere deberent, quæ eruerent & meditarentur. Præterea celebris hic doctor ecclesiæ nimis addictus erat philosophiæ paganæ Stoicæ & Platonicæ, atque exinde, ubi vel minima faltem se offerret occasio, aliquid doctrinæ Christianæ assuebat. Modo enim maximam partem Stoicorum paradoxorum de sapiente suo, item de ~~anima~~ seu carentia omnium affectuum, ad Gnosticos Christianos applicabat: Modo ex Platonicorum doctrina, de effluxu animæ humanæ ex essentia divina, item de quatuor gradibus virtutum (quod videlicet per quasdam homines ex statu bestialitatis ad statum humanitatis, per alias ex statu humanitatis ad statum angelicum, rursus per alias ex statu angelico ad statum divinum ac denique per alias ex statu divino ad statum supremæ divinitatis perducerentur,) tres postea sic dictas vias Theologiaz mysticæ primus in scenam producebat, quæ subsequentibus temporibus, à Pseudo-Dionysio Areopagita prolixius fuere descriptæ atque plurima alia ex cabbala Judaica hisce fragmentis platonicis fuerunt addita, quod facile cuilibet apparabit, qui doctrinas istas Dionysii de classibus angelorum, cum doctrinis cabbalæ Judaicæ conferre voluerit.

\*) Vide locum ap. Barbeyrac, in Pref. ad Pufend. sub Clemente Alexandr.

*Fructus &  
incrementa  
Theologia  
mystica secu-  
lo quarto &  
quinto.*

XXVI. Quemadmodum vero Clemens Alexandrinus ista seculo secundo post Christum natum docuit, ita hæc doctrina mystica, omnem sanam rationem ut supra jam fuit monitum, abjiciens illos produxit fructus, ut in quarto seculo hæresis inde Massilianorum oriaretur, qui omnem laborem respuebant, & nihil agere volebant, quam ut, quemadmodum hodie tales loqui solent, de uno exercitio pietatis & conventiculo cum animabus pii, transirent in aliud; præterea etiam de revelationibus divinis gloriabantur, atque

que propterea etiam Enthusiastarum nomine insigniebantur. Adjuvabat hæc omnia monachatus, circa ista tempora ortus, unde postea etiam ex hac monachica doctrina mystica & pervasione, quod homines in hac vita affectus extirpare possint, in seculo quinto natus Pelagianismus.

XXVII. Quemadmodum autem supra docuimus, *Dissensus orthodoxorum & mysticorum post introductas Academias.* quod orthodoxi ac Mysticæ quidem initio doctrinas sibi plane adversas proposuerint, mox autem unanimiter potentiam cleri & autoritatem papatus stabiliverint; ita similis observatio locum habet, si consideremus secula, in quibus Aristotelis doctrina in Academiis pro fundamento Philosophiae pariter & Theologiae assumebatur. Initio quidem non poterant non Scholastici orthodoxi valde dissentire à mysticis, quia ipse Aristoteles à Platone in multis dissenserat, Scholastici vero intendebant solum Aristotelem, ejectedo & relegato quasi Platone, in cathedris Academicis expnere, à Platone vero, uti dictum, ortum duxerat doctrina mystica.

XXIX. Accedit, quod historia ecclesiastica doceat, *Lia Bernhardi, cum Abaldo.* quod Bernhardus monachus, qui etiam ab iis, qui doctores mysticos accurate norunt, inter præcipuos mysticos refertur, primum Doctorem Scholasticum Petrum Abælardum, ob doctrinam Aristotelicam maximo cum zelo persecutus sit, &, sit venia verbo, hæretificaverit. Nam cum uterque horum suos haberet discipulos & asseclas, facile concipi potest, seetas mysticorum & scholasticorum valde fuisse inter se inimicas atque invidas.

XXIX. Sed his tamen non obstantibus, utraque classis *Unio doctrinæ & mysticæ* in eo mox conveniebat, ut pene eodem tempore, quo oratione scholastici thodoxi inciperent theologiam orthodoxorum in formam artis & systemata, aut, uti tum vocabantur, libros sententiuarum redigere; Richardus Victorinus primus pariter e-

deret sistema Theologiæ mysticæ. Paulo post Iohannes Erigena Scotus, doctor scholasticus, Dionysii opus hierarchicum transferebat in idioma latinum, atque doctrinas mysticas Dionysii, inter scholasticos propagabat. Hinc initio seculi decimi tertii oriebatur hæresis Almerici, qui ex doctrinis Theologiæ mysticæ in ejusmodi errores erat prolapsus, qui prope cum hodierno Spinosismo conveniunt.

*Potissimum  
seculo deci-  
mo tertio.*

XXX. Eodem seculo decimo tertio florebant Albertus Magnus & Thomas Aquinas, magna illa lumina Theologiæ orthodoxæ scholasticæ. Hi incipiebant duas istas docendi methodos, sibi adversantes, conciliare, dum non solum, ut supra monitum, commentaria scriberent, in Lombardi libros sententiarum, sed etiam multos libros mysticos componerent, atque sic suo exemplo rursus confirmarent, utramque doctrinam in eo conspi- rare, ut homines usu rectæ rationis & libertate sentiendi privarentur, ac sub jugum despoticum non solum quoad corpus, sed & intuitu animæ & conscientiæ, mitterentur.

## CAPUT V.

### DE FATIS JURISPRUDENTIAE NATURALIS A TEMPORE REFORMATIONIS, USQUE AD HUGONEM GROTUM.

#### I.

*Cur genui-  
nus usus lu-  
minis natu-  
ralis & su-  
pernaturalis  
per Refor-  
mationem* **J**Am porro inquirendum est, qui factum fuerit, ut per reformationes Lutheri, Zwinglii & aliorum instrumen- torum, quibus divina providentia in opere reformatio- nis usus fuit, præter alias emendationes antiquorum erro- rum, non etiam differentia & genuinus usus luminis natu- ralis & supernaturalis, tam in cathedris ecclesiasticis quam academ-

academicis, fuerit restitutus. Evidem in eorum scriptis *non omnino contra papatum deprehenduntur multæ bonæ ad istum scō- fuitre resti- pum pertinentes doctrinæ, \*) dum partim ineptias Aristoteli <sup>tusne?</sup> telicæ communiter receptæ doctrinæ, seriis observationibus passim notarunt, partim vivis coloribus eam delinearunt, quod ad nihil aliud quam ad rixas & litigia inania apta sit. Inprimis autem in controversia de transsubstantiatione ostenderunt, quod etiam in quæstionibus theologicis lumen naturale non plane seponi, aut verba Sacræ Scripturæ contra regulas rectæ rationis exponi debeant.*

\*) *De Lutero vid. Tom. I. Hist. Sapient. & Stultit. ab initio.*

II. Sed quemadmodum alias non unius hominis, nec *Scilicet ob* unius ætatis humanæ est, errores, qui altas radices egerunt, *infaustum statim emendare; ita & infaustum dissidium inter duos re-* *dissidium in* formatores ecclesiarum evangelicarum seu protestantium *articulo do* super eodem articulo de sacra cœna, \*) & super eadem *cena.* quæstione primaria de usu luminis naturalis in interpretatione sacrarum litterarum ortum, & postea huc usque magis magisque auctum, si non unica, certe ex præcipuis causis una fuit, cur ista disquisitio maxime necessaria impedita fuerit, & cur potius in utraque ecclesia duæ illæ classes scholasticorum orthodoxorum, & mysticorum, quarum utraque, ut haec tenus monstravimus, illi disquisitioni obfuit, igerum caput erexerint.

\*) *Hic dissentiant, quinam sit autor rixarum. Vid. unterthänigste addresse, ss scripta eam sequentia: potissimum Historie der ersten religiösen motuum und Christliche Erwiegung derselben.*

III. Doctrina scholastica se sub eodem prætextu iterum insinuabat, sub quo post ascensionem Christi in cœlos doctrina Platonica primis doctoribus ecclesiæ se commen- daverat, \*) nimirum, ut theologis pontificiis, qui gladio ejusque prætheologiæ scholasticæ uterentur, eo melius resistere possent, *Reformatio orbodoxia scholastica,* *textus.*

& ne audire cogerentur, quasi ignari essent philosophia scholasticæ. Accedebat persuasio, quasi nimis doctrina illa orthodoxæ scholasticæ per tot secula à Christo nato Theologis arma suppeditasset, quorum ope lupos, per artificium disputandi, olim Platonicum, nunc Aristotelicum, ab ovili christianæ ecclesiæ removissent. Unde timebatur, si istis armis non uterentur amplius, & hæretificationes non in perpetuo manerent exercitio, Professores academicos non amplius occasionem habituros esse, disputandi (seu ut vulgus, dum putat, disputationum pugnas saltē in verbis consistere, ex ignorantia loqui solet, rixandi,) & pugnandi; & ita interituram esse Theologiam Platonicam, quæ tamen tam diu floruerit, quam diu per orthodoxos de veritate disputatum fuerit, & quælibet disputantium pars pertinaciter in sua sententia permanere voluerit. Hoc vero supposito, jure suo timebant Professores academicī, ne Principes impensas, hactenus in eos factas, frustraneas fuisse judicarent, & sic cum eorum maximo damno, impensas illas ad usus magis rationabiles sint applicaturi.

*\*) Hic potissimum Philippus Melanchthon fundamenta jecit, emendando vel quasi Philosophiam scholasticam, unde treabantur Professores Dialectice Philippæ.*

*Fructus no-*  
*xii bujus re-*  
*paurationis.* IV. Præterea illa Theologia nimis activa & inquieta fomenta quotidie præbebat, continuandæ pugnæ inter Theologos Pontificios & Evangelicos, sed & præterea eadem maxime utilis erat ad omnino impediendum; ne forte duæ ecclesiæ protestantium ad pacem & unanimitatem pervenire possent, cum nemo majus interesse haberet, ne id unquam fieret, quam orthodoxia illa scholastica, papatus præcipuum fulcrum. Imo etiam inter ipsos protestantes, si maxime quædam induciæ pugnarum aliquando essent, suscitabat tamen ista orthodoxia scholastica lites domesticas & hæ-

& hæretificationes, per plurimos annos. \*) Posset assertio hæc per singula secula, immo per singulas annorum decennias post reformationem ex historia ecclesiastica multis exemplis illustrari, si præsens scopus id pateretur.

\*) v.g. inter Wittenbergenses, Ienenses, Helmstadienses, prioribus videbatur omnibus pene negotiis se immiscerentibus.

V. Sed his tamen non obstantibus, etiam inter protestantes reviviscebatur iterum Theologia mystica. Cujus reviviscentia & variae reddi possunt causæ. Initio enim B. Lutherus Theologiam Germanicam (*die deutsche Theologie*) <sup>mystica & e-</sup> juss causa qui titulus libri mystici est, iterum imprimi curaverat, & <sup>prima autoritas Lutheri.</sup> hunc libellum præfatione ornaverat, in quo multa ad commendationem scripti dixerat. Quamvis tota doctrina Lutheri ejusque vita satis restaretur, quod nequaquam fuerit Theologus mysticus, sed potius multæ adsint coniecturæ, Lutherum id fecisse ex indignatione erga theologiam scholasticam, \*) utpote cuius arcana & astutias optime cognoverat, dum vitam monasticam profiteretur. Accedebat, quod deprehenderet, Theologos mysticos urgere sanctam & Christianam vitam, (quod merito in illis commendationem & laudem meretur,) neque adeo contentos esse sola emendatione intellectus, ut faciunt Theologi scholastici.

\*) Utitur quidem Lutherus in multis locis (vid. Tom. I. Hist. Sap. & fulci.) in expos. Apocal. interpretatione mystica. Sed plerumque haec interpretatio tendit ad incepundos & damnandos scholasticos.

VI. Neque illud tamen omittendum, quod, cum in *Secunda ecclesiis & Academiis nostris* theologia scholastica ad summum prope fastigium se elevasset, serio contristarentur quidam, et si pauci Christianorum Theologorum, quod orbis Evangelicus perpetuo detineretur in rixis & litigiis inextinguilibus per Theologiam polemicam. Considerabant insuper vitam impiam & asoticam studiosorum in Academiis

& in primis studiosorum Theologiae, & quod talis vita impia & asotica in omnibus statibus orbis evangelici propagaretur, si ejusmodi studiosi postea adhicerentur ad functiones ecclesiasticas, aut scholasticas. Ergo credebant, melius esse, si loco Theologiae polemicæ doceretur Theologia pacifica, quia Christus sit utique Princeps pacis, & Apostolis ac discipulis suis charitatem tanquam characterem genuinum commendaverit. Sed metus tamen autoritatis & potentiae doctrinæ scholasticæ deterrebat viros hos optimos, & de damno Josephi sollicitos, ne mentem suam statim in publicis scriptis aperirent.

*Iohannes  
Valentinus  
Andrea.  
Commenta-  
dantur ejus  
scripta.*

VII. Iohannes Valentinus Andreæ, Theologus prudens & providus, qui initio seculi 17. multa scripta edidit, omnibus impartialibus veritatis studiosis merito commendanda, variis modis, mox per colloquia brevia, mox per acutas & doctas fabulas ac parabolas, mox alia methodo miseriam communem & corruptionem Christianismi, præcipue autem vitæ academicæ, tam intuitu docentium, quam discentium, vivis coloribus depinxit, ac sincera & benevolia consilia dedit, quibus mediis huic malo sit obviamendum.

*Natus eo-  
rum unicus,  
theologia  
mystica. Hu-  
ius commo-  
da & incom-  
moda.*

IIX. Sed dolendum tamen est maxime, quod vir doctus & Christianus in istis temporibus ignorantiae inciderit in laqueos Theologiae mysticæ. Ita enim & ipse involvatur communibus mysticorum fatis. In ostensione enim oculari communis miseriae & corruptionis, & in demonstratione stultiarum doctrinæ scholasticæ excellunt Theologi mystici communiter, ac propterea etiam commendari merentur, quod inculcent vitam virtuosam & christianam, eamque ubique urgeant. Sed si postea de praxi monitorum optimorum consilia suppeditanda sint, tum communiter aqua ius hæret, ita, ut bona quidem fide & hic non pauca

pauca dare soleant, sed tamen aut fallacia, aut certe talia, ut in praxin deduci nequeant. Ostendunt autem scripta memorata Ioh. Valentini Andreæ, & præcipue ejus institutio civitatis christianæ, idem judicium etiam de eo feren-dum esse.

IX. Itaque initio seculi decimi septimi, doctrina de *Misera com-virtutibus & vitiis*, sive de differentiis justi & injusti, boni *dicio iuris* & mali, de jure naturæ &c. tam apud pontificios, quam a-*natura ini-pud* evangelicos miserrimo & pene incurabili morbo la-*tio seculi 17<sup>o</sup>* borabat. Scholastici pontificii in libris, qui titulis de justi-tia & jure vel similibus insigniebantur, talia dogmata insi-nuabant animis discentium, quæ solum inserviebant incre-mento papatus & clericatus, & supprimebant autoritatem & potentiam Principum & ordinum politicorum & laico-rum. Præterea diversissimas res inter se miscebant, jura Naturæ, Gentium, Mosaica, Judaica, Græca, Romana, Imperialia, Pontificia, colligendo videlicet ex istis, quicquid in-de peri poterat, ad scopum modo memoratum. Interim unus alterum feliciter & sine pudore exscribebat. Impel-lebant Reges ad gerenda bella omnino injusta, sub prætex-tu propagandi nominis Christiani, & infideles sub jugum religionis Christianæ adigendi, atque multa eum in finem proferebant ex Aristotele & sui similius scriptis, de talium bellorum justitia. Quicquid laici facerent ex obedientia erga clerum, bonum esse docebatur, laudabile, justum, & cui vita æterna quasi ex jure stricto deberetur. Contra quic-quid iidem facerent, secundum ductum sanæ rationis, vel etiam secundum claram & perspicuam literam Scripturæ Sa-cræ, malum esse docebatur, turpe, injustum, & pœnis in-fernali bus dignum, si scilicet non conveniret cum scopo & interesse scholasticorum. Ex Jesuitis Mariana incipiebat defendere, justum esse interficere Reges hæreticos, id est, non

## 64 CAP. V. DE FATIS JURISPRUDENTIÆ NATURALIS

non satis orthodoxos, & vel in minimis apicibus a clero dominante dissentientes.

*Item JCti.*

X. Adhærebant etiam Theologis scholaisticis & adfistebant iisdem in hoc articulo Jureconsulti, sive id facerent ex justo metu, ne in classem hæreticorum ab illis detruderentur, si id facere omitterent, sive ad id excitarentur encomiis juris Justinianei, quod scholaustici in tractatibus de justitia & jure subinde etiam allegabant atque laudabant; sive denique eum consensum postularet mos receptus, quod nempe ipsi metu JCti assueti essent, controversias juridicas omnes, etiam de jure publico Regum & principum, ex Jure Justiniano & canonico definire, quasi omnia, quæ in utroque juris corpore extant, capitula, canones, leges, quintam quasi essentiam juris naturæ & gentium continerent, ex qua controversiæ imperantium definiendæ essent.

*Ad Jesuitas  
tam schola-  
sticas quam  
mysticas.*

XI. Jesuitæ, uti semper fuere astuti, ita etiam hic fabebant & Scholaisticorum & Mysticorum classi, dum aliqui eorum propagarent doctrinas scholaisticas; alii autem tentarent, unionem Theologiæ scholaisticæ cum mystica, Notum enim est, quod jam Ignatius Lojola fundator sectæ Jesuitarum raptibus enthusiasticis fuerit vexatus, & quod præterea initio seculi 17. Franciscus Svarez, & mox Maximilianus Sandæus mysticam Theologiam methodo scholaistica inceperint proponere,

*Sub protec-  
tione  
sanctis  
et eruditis.*

XII. Protestantes Theologi, Jureconsulti, Philosophi, uno verbo omnes, quorum professiones involvunt, ut subinde de differentiis boni & mali, justi & injusti ratiocinentur; putabant in his quæstionibus de justitia & jure se sine ulla circumspectione vel cautela tuto posse sequi scriptores pontificios, quia scilicet confessio Augustana notet saltem errores Theologicos pontificiorum, non autem morales & juris naturæ, vel quoscunque alios juridicos. Quare hi

hi omnes in dissertationibus, tractatibus, compendiis, systematicis suis scriptores pontificios sine ulla discretione, tantum non totos exscribebant, & pro diversitate scriptorum horum, modo Theologiam mysticam, modo scholasticam, modo glossas civiles, modo canonicas disseminabant inter protestantes.

XIII. Inde siebat etiam, ut ubique in Academiis protestantibus doctrinæ morales & juridicæ ex pluriinis iisque *Frustrus bu-*  
læpius dissentientibus autoribus fuerint sine judicio colle-*jus rei inter*  
ctæ, & sic in discussione quæstionum, de justitia actionum,  
verborum quidem & variarum sententiarum magna copia;  
fundamentalium vero doctrinarum, & judicii parum, læ-  
pe nihil adhiberetur. Imo si ex altera parte mysticus de  
quæstione tali differeret, recta ratio plane rejiceretur, &  
dictatoria autoritate loco decisionis proponeretur id, quod  
Spiritus ejusmodi doctori mystico per motus internos di-  
ctasset.

XIV. Igitur cum summa ignorantia & confusio ac *Hugo Gro-*  
suppressio luiminis naturalis per aliquot seculorum decades *tius instru-*  
intergentes ethnicas & Christianas, & novissime inter Pro-*mentum di-*  
testantes æque ac Catholicas tantas radices egisset; quis *vina provi-*  
quæso prævidere vel ominari potuisset, istam corruptionem  
& confusionem emendari ac in ordinem redigi unquam  
posse, tantum abest, ut sperare potuisset, eam emendatio-  
nem proxime expectandam esse. Sed divinæ providen-  
tiæ nihil est impossibile. Omnia agit suo, id est, debito tem-  
pore. Et ubi error summum attigit fastigium, adventus  
veritatis appropinquat. Confusio veri & falsi per Docto-  
res in cathedras ecclesiasticas & Academicas introducta e-  
rat, tres facultates Academicæ, Theologica, Juridica, Philo-  
sophica, nugis scholasticis erant addictæ. Suscitabat igitur  
divina sapientia virum, qui neque Doctor Ecclesiasticus  
I neque

neque Academicus esset, qui neque Theologiam, neque Jurisprudentiam, neque Philosophiam tanquam Professor publicus doceret, simul tamen & egregius Theologus & excellens JCtus & Philosophus eximius esset. Propagatum erat malum per Orthodoxiam Scholasticam & per Theologiam mysticam in universo orbe eruditorum: opus igitur erat, ut is, qui illud eradicare deberet, nec scholasticus esset, nec Mysticus, interim tamen scholasticorum doctrinam intelligerer, (nam Myticos nemo intelligere potest, cum ita scribant, ut à nemine intelligi, & lumen rationis plane seponi velint,) atque ejus insufficientiam probe cognosceret. Opus erat ejusmodi Doctore, qui jam expertus erat persecutionem scholasticorum, & qui ab aliis eruditis non scholasticis ad id opus difficile suscipiendum impelleretur. Scilicet, ut ex una parte caute verfaretur cum Philosophia morali scholasticorum, ne hujus bilem adversus prudentiam naturalem & rationalem ex latebris productam nimis irritaret, ex altera vero parte non adeo magnopere metuendum haberet odium scholasticorum, sed in protectione potentiorum aliquo modo fiduciam poneret. Talis vero erat vir incomparabilis, & nunquam satis laudandus Hugo Grotius.

*Eius encomium & ap-  
pudo ad Ju-  
risprudenti-  
am natura-  
lem emen-  
dandum.*

XV. Conveniebant Grotio requisita omnia hactenus memorata. Etsi vero applicatio eorum prolixius ostendendo posset, sufficit tamen hoc loco paucis id ostendere, cum non scribamus panegyricum summo Viro; Erat Grotius jam in ætate tenera & juvenili præ aliis eruditus, & mul-tis Professoribus comparandus. Promotus erat in ætate nondum virili ad munera politica patriæ magni momenti. Infelicitati ejus aut potius felicitati adscribendum est, quod ortis turbis & dissidiis civilibus parti imbecilliori adhæreret, & propterea ad carceres perpetuos condemnaretur, sed tam-

men miro artificio uxoris fidelissimæ exinde liberaretur. Quærebatur protectionem, eamque inveniebat in Gallia, & illustris Peirescius ipsum instigabat, ut tentaret, annon tandem aliquando in Philosophia morali vera doctrina possit ab ineptiis scholasticis purgari, & ut jus gentium secundum ductum genuini luminis naturalis describeret. Obsequebatur Grotius, atque operi titulum; de Jure Belli & Pacis dabat, ut ostenderet, controversias Regum, Principum, aut diversorum populorum, unde plerumque bella oriuntur, non ex Jure Justinianeo aut canonico, sed ex solo jure naturæ decidendas esse. Caute procedebat, & quamvis operam daret, ut ea, quæ haec tenus Scholastici confusissime tradiderant, miscendo videlicet jura divina, communia, Moysaica, cum legibus humanis particularibus, iterum separaret, ac distingueret, non tamen statim eorum fundamentales errores oppugnare tutum putabat, sed potius eos in prolegomenis laudabat, & operam dabat, ut eorum fundamentalem propositionem de Jure Naturæ, et si obscuram & falsam cum socialitate Ciceronis conciliaret. Atque ista cautela ad hoc ipsi proderat, ut ejus doctrina non cum tanto ac tam hostili impetu impugnaretur, quem postea alii sunt experti, qui absque dissimulatione grillos scholasticos aperte oppugnare instituerunt. Paucis; Grotius erat instrumentum, quo divina sapientia utebatur, ut initium faceret, tollendæ confusionis adeo diuturnæ luminis naturalis & supernaturalis. Dico: *Initium.* Quemadmodum enim divinum Numen pedetentim non uno impetu ex die noctem, & ex nocte diem facit, ita etiam eadem methodo uritur in mutatione veritatis & errorum. Præcedit aurora & hic diem, & inter primas diei horas & meridianam lucem pariter magna differentia est. Sed manet tamen Grotio laus primæ inventionis, & quod alijs ad minimum

mum viam ostenderit, erroneous doctrinas à veris separandi.

### CAPUT VI.

## DE FATIS JURISPRUDENTIAE NATURALIS A TEMPORIBUS HUGONIS GROTI AD NOSTRA.

### §. I.

*Benedicti Wincleri liber de principiis iuris.* **E**Didit Grotius suum opus de Jure Belli & Pacis Anno 1625. Decennio ante Lipsiæ anno 1615. Benedictus Winclerus Soltquellensis libros quinque *principiorum iuris* ediderat. In quorum primo agere voluit de lege omnia primo movente ac gubernante, in secundo de Jure primo ac proprie sic dicto, in tertio de jure naturali, in quarto de Jure gentium, in quinto de Jure positivo seu civili. Scriptum illud equidem pro genio illius feculi valde eruditum est, cum autor præter mores illorum temporum autores græcos & latinos diligenter legerit, ac inde optima quæque excerpserit, ut non sine ratione hunc Winclerius bellum commendaverit Excell. Beierus Notit. Autor. Jurid. Specim. 1. n. 2. ubi & synopsin totius opusculi exhibet. Sed tamen non comparandum est hoc scriptum cum Grotio. Præterquam enim, quod autor saltem generalia principia Iuris naturæ exponat, nec ad specialia, ut Grotius fecit descendat, valde obscuram reddidit doctrinam suam, quod fundamenti loco statim libro primo & secundo supposuerit Platonicam divisionem legum, in legem divinam, celestem, naturalem & humanam. Neque etiam distinctionem summe necessariam inter jus pro lege & attributo personæ acceptum proposuit, sed potius utramque speciem juris ubique

que confudit. Neque etiam satisfacent lectori, quæ libro tertio capite decimo de Polygamia differit, alia ut iam taceam.

II. Sunt tamen & in Grotii aureo opere de Jure Belli *Navi preci-*  
*& Pacis nœvi quidam, summatim hic indicandi. Ut enim p[ro]p[ter]a operis*  
*taceam ejus obscuritatem, quæ subinde interpretibus occa-*  
*sionem dedit, multa cum cura in verborum Grotii sensum*  
*genuinum inquirendi; ipse Grotius in fundamentalem pro-*  
*positionem juris naturæ non inquisivit cum debita diligentia,*  
*sed nimis superficiarie hoc thema tractavit, forte ne*  
*Scholasticos irritaret. Sæpe etiam nimis sollicitus est in*  
*conquirendis Græcorum & Latinorum scriptorum testi-*  
*moniis, dum aliquid juris naturæ & gentium esse probare*  
*voluit. Nec legis homonymiam sustulit, sine qua tamen*  
*tractatione in doctrina juris naturæ tuto progredi non li-*  
*cet. Adde, quod lumen revelatum & naturale ubique fere*  
*misceat, ac in explicatione textuum scripturæ, Rabbinorum*  
*& Socinianorum traditiones & interpretationes nimis æsti-*  
*met, unde occasionem sumserunt Theologi, variis strictu-*  
*ris Grotii doctrinam notandi. Sed & jus gentium non de-*  
*bita diligentia exposuit, supponendo faltem, jus gentium*  
*esse speciem juris voluntarii; alia ut taceam.*

III. Cum vero hoc pacto Grotius multa doceret, à *Iohannis à*  
*communi doctrina Aristotelica, quæ tum in Academiis Ger-*  
*Felden an-*  
*maniae, (etiam Protestantium) ubique regnabat, aliena, non*  
*mirandum, quod opus Grotianum paulo tardius cœperit ex-*  
*notata in*  
*plicari in his Germaniae Academiis, interim tamen harum*  
*Grotium e-*  
*Academiarum Professoribus debetur, quod primi in Gro-*  
*juque re-*  
*tium commentarios & annotata edere ausi fuerint. Horum*  
*spōsio ad*  
*primus fuit Iohannes à Felle, Professor in Academia Julia;*  
*Theodori*  
*qui Anno 1653. brevia annotata Amstelodami publicavit in*  
*Gnswincke.*  
*Grotii libros de Jure B. & P. in quibus tamen non tam inten-*  
*lii scripturas.*

dit, Grotii mentem, aut jus naturæ explicare, sed saltem ex principiis Aristotelicis hinc inde dubia movit contra doctrinam Grotii pro sententia Aristotelicorum. Voluit equidem suspectias Grotio ferre JCtus Belga, Theodorus Graswinckelius, sed cum hic in philosophia rationali parum esset exercitatus, contra Feldenus magis calleret methodum disputandi, tantum abest, ut Graswinckelius publicatis Anno statim sequente, 1654. *Stricturas in censuram Feldeni*, applausum eruditorum meruerit, ut potius à Felde in noviore editione annotatorum lenensi 1663. quibus immixtae erant *responsiones ad stricturas Graswinckelii acrius*, quam par erat exceptus, ac ad silentium redactus fuerit. Etsi vero Graswinckelius non esset idoneus defensor Grotii, neque tamen etiam Feldeni illa annotata multum nocuerunt operi Grotiano. Erat enim Johannes à Felde totus Aristotelicus, & magis ad dubia movenda natus, quam ut ipse in doctrina juris naturalis applausum aliorum adeptus fuisse, nimis insuper deditus speculationibus, subtilibus quidem, sed inanibus, & parum utilibus, ut vel ex ejus opere plusquam quinquaginta annorum *de scientia interpretandi* Helmstadii 1689. edito, aliisque scriptis patet.

*Guilielmi Grotii Enchiridion de principiis iuriu naturali.*

IV. Edidit etiam frater Hugonis Grotii, *Guilielmus, JCtus Delphensis, de Principiis iuriu naturali Enchiridion.* Editio prima in Belgio quando prodierit, dicere nequeo, sed tamen idem libellus saepius Jenæ à Georgio Goetio, Iohanne Georgio Simone, & Iohanne Jacobo Mullero etiam cum notis ab Anno 1669. iterum excusus est. Infeliciter natus liber, cuius autor fratri gloriam non feliciter æmulatus est. Nihil enim solidioris Philosophiae attulit, mille præjudiciis à veritatis indagatione exclusus: Rarissime ratione naturali, ubique testimoniiis Philosophorum & JCtorum Romanorum asserta sua probatum ivit, quasi jus naturæ

toræ autoritate hominum niteretur. Et nimium profecto dixit *Gœzius* in *Prefatione*: vix superesse quippiam, quod tyro studii juris naturalis post hunc libellum requirere possit amplius." Omissum enim est jus pœnarum, fœderum, & belli; plerique porro juris naturæ indequæ fluentium regularum conceptus non recte applicati; quæ omnia curatius erant observanda, si, quod *Gœzius* asslerit, autor pædiæ ad opus fratris de Jure B. & P. intendisset. Nec sufficit *Cap. 6. §. 14.* dixisse, ea non esse hujus disquisitionis, sed ad *Politicam spectare*. Conceptus enim justi spectat ad jus gentium publicum, tanquam speciem juris naturæ, neque politicæ, quatenus juri naturæ contradistinguitur, aliquid restat, præter quæstionem, quid utile sit. Sed & fratre non ubique intellexit autor, licet eum sèpius describat. Sic recte de *Guilielmo Grotio* judicavit *Excell. Beierus Specim. 4. n. 4.* ubi tamen etiam paucula, quæ in isto libello illi placeant, addidit & excerptit.

V. Interim in Germania nostra *Grotianum* opus uti *I. H. Bacleri* valde placebat *Politicis*, ita odio maximo illud prosequebantur *Scholaftici*, seu *Professores academicí* pene omnium factatum, qui videlicet hactenus ultra carduos nihil amœnioris cibi gustaverant. Aliter longe sentiens eruditissimus *Elector Palatinus* jussérat, ut in *Academia Heidelbergensi* *Grotii* liber juventuti explicaretur \*). Pariter *Johannes Henricus Baclerus*, *Professor Argentoratensis*, qui inter paucissimos *Philosophiæ Professores* in Germania illo tempore, ultra *Aristotelem* aut *nugas Scholasticorum sapere*, & elegantioribus literis ac lectione optimorum *Autorum*, *Græcorum* pariter & *Latinorum*, operam dare cœperat, & *Forstnero* ac *Boyneburgio* aliisque eruditorum Mecænatibus se valde commendaverat studiis suis, cœpit opus *Grotianum Auditoribus* suis si non exponere, certe commendare. Hoc in-

indigne ferentes Collegæ, & ut videtur, potissimum JCti, contemtim & *Grotianorum* nomen invenerant, †) & Bœcleri institutum fugillantes, aut Grotii obscuritatem notantes, *Grotianum* opus à nemine intelligi, ††) docerive posse, dixerant, nisi qui ipsum *Grotium* audivisset, consuluissetque. Imo & ipsam jurisprudentiam naturalem oppugnantes objecerant, \*\*) usum doctrinæ de officiis secundum *jus naturæ* in vita humana non posse demonstrari, cum talis status, in quo sola illa obligatio obtineret, nunquam fuisset, aut futurus esset, item nihil certi ex hac *juris naturalis* philosophia peti posse, †††) & omnia, quæ hic disputentur, in ambiguo relinqui debere, (haud dubie ex doctrina Aristotelicorum, quod *moralia* non cadant sub demonstrationem.) Sed his cordate respondit Bœclerus edito A. 1663. Commentario in librum primum operis *Grotiani*; Baroni Boyneburgio dicato. In alloquio ad lectorem, & erudita præfatione agit de operis *Grotiani* occasione, titulo, argumento, præsidius, artibus, nævis, partitione, laudatoribus, & obrectatoribus. Adjunctæ etiam fuere tabulæ in totum opus *Grotianum*, secundum methodum docendi tum receptam, & dissertationes quinque ad varia loca operis *Grotiani*. Anno sequente 1664. secuta est commentatio ad libri secundi capita saltem priora septem. Nec ultra processit industria Bœcleri; Etsi enim post mortem ejus fama ferret, hæredes publicaturos esse ea, quæ restant, commentaria ad reliqua capita libri 2. & librum 3. acutiores tamen judicarunt, id nunquam esse futurum, cum caput octavum libri secundi, & multa alia capita sequentia apud *Grotium* vix intelligerentur à nudo Philosopho, & qui non simul operam egregiam dedisset, intelligendo juri Romano, ex cuius doctrina intimo multa ibi fuere partim repetita, partim examinata. Ipsum commentarium Bœcleri quod attinet, jam anno

anno 1669, Schurzfleischius sub ficto Sarcmasii nomine de eo notavit, \*\*\*<sup>\*)</sup> quod magis ex Commentariis, quam ex ingenio sapiat, & in rebus morum s<sup>e</sup>pe frigide scribat, iuria naturalis & gentium controversias perplexe definiat, ac decidat dubitanter; ipsum quidem in studio antiquitatis nemini cedere, & vel præstantissimo cuique in hac arena palam dubiam facere; sed tamen si ab elegantia styli & peritia historiarum, præsertim Romanarum abstractas, eum multos æquales, plures etiam superiores habiturum esse. Imo cum Bœclerus præ reliquis, tum à Schurzfleischio judicio libero notatis, libertatem hanc indigne ferret, & excitatis Schurzfleischio variis difficultatibus eum pariter irritaret; hic postea liberius \*<sup>†</sup>), quam antea, in Bœclero notavit, stylum adscitum, durum, asperum esse; orationem tumidam, vehementem, inæqualem; antiquitatis Germanicæ notitiam exiguum, tenuem, vulgarem; judicium de judiciis frigidum, præceps, jejunum incomptumque esse; in Bœcleri commentationibus Grotianis farraginem potius quam ordinem apparere; loquentiæ multum, sapientiæ parum; adeo hiare ibi omnia & arere; compilationem historiarum, forte historicum qualemcumque probare, non morum doctorem; ferri hoc utcunque potuisse, si saltem juris publici latices paulo melius imbibisset; sed & in hac parte iterum pauperem esse & jejunum. Quæ omnia quilibet impartialis verissima esse deprehendet in lectione operum Bœclerianorum; neque tamen propterea Bœclerus censuram adeò acrem meruisset, nisi eam illaudabili iracundia, & plus quam pedantico ardore vindictæ in Schurzfleischium †<sup>†</sup>), quasi libertate sua crimen læse Majestatis scholasticæ commiserit, provocasset

<sup>\*)</sup> Bœcl. in Pref. ad Grotianum p. 47.      <sup>†</sup>) Idem in alloquio ad locorem X. 2. Addit. infra appendicem 1.      <sup>††</sup>) Ibid. I. 5.

\*\*) Idem in Praefat. p. 31.      †††) Ib. p. 36.      \*\*\* ) Facit etiam  
ibi mentionem litis cum J Cts Argentoratenibus, enque in parte ipsius  
commendat.      \*) In scripto Xavierii Parani, seu initio vindicia-  
rum pro Saremasio c. 3. b. & c. 4. a.      †) Aliud exemplum si-  
mile vide in appendice ad conductorem Carolinum, Dissertat. Acad.  
Bæcleri Tom. II. p. 78. seq.

*Casparus Ziegleri* no. & Philosophus eximius esset, sed absque pedantismo, &  
ta subitaria J Cts excellens, sed absque leguleismo, & Theologus pru-  
in Grotium. dus, sed absque orthodoxismo & mysticismo. Hæc vero  
requisita omnia, quatenus quidem tempora ista eadem ad-  
mittebant, possidebat decus Academiæ Wittebergensis,  
& Facultatis Juridicæ ibidem Ordinarius, Caspar Ziegler-  
rus. Hic J Cts sine pari, præter mores istius seculi, recte  
opinabatur, per studium juris naturalis plus accedere \*)  
Jurisprudentiæ, quam per tetricam & spinosiorem atque an-  
xiā legum Romanarum contemplationem, nihil inter-  
dum ad ornandum juvandumque vitæ usum pertinentem:  
Rectissime porro docebat, †) seculi sui (utinam non etiam  
nostrī) hanc labem esse, quod in Academiis ad leges Ro-  
manas ita asuefieri cogantur juvenes, ut in omni contro-  
versia, etiam ubi inter summos Principes lis vertitur, non  
aliunde decisionem petendam credere oporteat, quam ex  
Jure Romanorum, & legibus, isti vni Reipublicæ accom-  
modatis. Quocirca illum \*\*) demum veram non simula-  
tam philosophiam affectare, gravissime arbitratur, qui ci-  
vile jus ad altiora & superiora principia revocat, & in il-  
lis verum justi & æqui fundamentum inquirit. Et hoc  
quidem in libris illis intendisse Grotium, in quo hoc uni-  
cum optat, veræ religioni eum fuisse addictum; in cæteris  
faciliorem esse cum eo collationem, præsertim si res ipsas,  
de quibus agit, in se species sine integumento testimonia-  
rum, ex variis doctoribus allato; Neque tamen & illud in  
Grot.

Grotio probari posse; quod saepe generale aliquod axioma per inductionem exemplorum constituat, atque inde juris gentium esse concludat, non attendens, dari aequa exempla in contrarium, nec ullum tantum flagitium esse, quod defendi exemplo non possit. Ipse igitur in explicando Grotio dedit operam, ut veritas rerum nullo apparatu eruatur; de illis vero, quae in auxilium accersita sint a Grotio, v. gr. exemplis, oratorum & poetarum sententiis, patrum ecclesiae monitis & ejusmodi aliis, parum plerumque fuit sollicitus. Concepit igitur inter infinita impedimenta, quae latius describit in elegantissima praefatione, <sup>††</sup>) notas brevi & philosophico fere stylo, verba Grotii vel probans, vel confutans, vel limitans, sed ubique observata modestia; absque iracundia & maledicentia; easque Anno 1666. publici juris fecit. Notas hasce Schurzfleischius editis judiciis ex Parnasso A. 1669. ob nervosam scribendi brevitatem, insignem item & prope admirabilem divinarum humana- rumque rerum notitiam commendaverat, judicaveratque, Zieglerum omnes in Grotium Annotatores, ipsumque adeo Bœclerum etiam antecellere. Ægre hoc ferentes vel Bœclerus, vel Bœcleri adoratores, absque eruditorum aplausu frigide commendarunt <sup>\*\*\*</sup>) notas Zieglerianas, quod laudentur quidem à nonnullis Theologica illa, quae ad librum primum persecutus sit, sicut nec reliqua hujus libri displiceant, attamen viros non indoctos existimasse, intra non magnum dierum numerum posse tales in Grotium notas procudi. Et credo, Bœclerum maximopere iussisse judicium illud Ziegeri, verum utique & exactum, de nimia cura Grotii, in adducendis exemplis, ac testimoniosis oratorum, poetarum, historicorum, patrum ecclesiae &c. ut, quem Grotii nævum non solum imitatus erat Bœclerus: in Commentario, sed & prolixo commendaverat, tum in

alloquio ad lectorum, †††) tum in praefatione \*) de Grotiani operis praesidiis. Alii Boëclerianæ doctrinæ quidem studioſi, sed moderatores †), fatebantur, Boëclerum à Zieglero superari perspicuitate, quia loca difficultiora clarioribus tantum verbis subinde exprimere studeat; sed rursus Zieglerum à Boëclero superari dicebant, accuratiore & pleniore deductione illorum, quæ Grotius paucis annotata nondum satis eliminaverat; quem finem Zieglerus in notis suis sibi non proposuisset. Interim nec ipse Zieglerus diffessus est, notas suas saltem subitarias esse, sed ut id in ipso titulo statim fuit professus, ita etiam in praefatione justissimis causis adductis ea de re se excusavit. Unde dolendum maxime, quod JCto incomparabili non licuerit, ob graviora negotia secundis curis dare magis præmeditara. Nullum enim dubium, quia multa excellentiora cum exhibitus fuislet.

\*) Ziegl.in prefat. ad Lectorem)( b.b. †) Ibid. )( 7. z. \*\*\*) Ibid.  
¶. 7. b. ††) ¶. 3. 4. \*\*\*\*) in Pari Naturii iudicis de  
judicis, p. 20. 21. †††) Alleg. ad lect. )( 3. seq. \*) Prefat.  
p. 20. seq. †) Vide colloq. in Parnasso inter Apollinem &c. C. 4. b.

*Ioh. Adami* VII. Post Ziegleri notas edidit Anno 1671. *Ioh. Adam Osiandri ob-* mus Osiander Theologus in Academia Tubingensi obser-  
*vationes maximam partem theologicas in opus Grotianum,* in *Grotium.* satis quidem prolixas, sed si loca autorum & maximam partem scholasticorum dertas, & ea quæ ex Boëclero & Zieglero, etiam illis non nominatis, (nisi quod in praefatione sibi gratuleret, quod deprehenderit eos in idem fere per omnia secum conspirasse) in sua horrea transstulit, longe tenuiores futuras. Ipsæ observationes monstrant, autorem in theologia morali scholasticorum non parum exercitatum, cuius etiam, ut in genere Aristotelicæ doctrinæ defensorem ubique agit. Neque meliora & saniora deantore

tore sibi promittere poterant, qui ejus typum legis naturae anno 1669. publicatum legerant, \*) qui totus speculationibus scholasticorum subtilibus & inanibus ita repletus est, ut cuicunque lectori, solidioribus dapibus adsueto, facile nausea & horror moveri possit. Nactus tamen est applaudsum, ut ipse memorat, Nicolai Myleri, simili scribendi genere in juris publici prudentia, gaudentis. Laudandus etiam est Viri conatus, quod Grotium, ubi devius à veritate Biblica esset, †) admonere, idque auditoribus suis indagare voluerit, si modo pro veritate biblica non habuisset interpretationem scripturæ Scholasticorum Theologorum in Academiis, etiam Protestantum, post reformationem diu regnante, quam & statim convenientiore veritatis Theologica \*\*) nomine insignivit (quasi duæ sint contradictiones veritates.) Et quamvis ubique fecundus sit, in dubiis & ratiunculis quibuscumque contra sententiam Grotianam corradeadis, passim tamen judicium logicum desideratur, passim nimium studium hæretificandi appetit. Etiamen istis observationibus, quæ de veritate Theologicatram, putat tenacius esse inhærendum, ††) in cæteris facile dissensum admittit, quod pertinaciæ, & propriæ autoritatis vitium ipsi adhuc cum aliis in Academiis etiam protestantibus commune est, & ad reliquias orthodoxissimi & papatus politici referendum.

\*) Conf. Beieri Notit. auror. Specim. 3. n. 11. †) Vide ipsius Praefat. p. 1. \*\*) Ibid. p. 2. ††) Ibid. d. p. 2.

IIX. Interim Jcti Germanici & protestantes anti-  
quum obtinentes ridebant fere conatus Grotii & glebæ ju-  
rium suorum adscripti pergebant juvenes à studio juris na-  
turæ & lectione Grotii deterrere, *Grotianorum* nomine, ut  
Bœclerus supra conqueritur, tanquam contumelioso no-  
tantes eos, qui extra jus civile vel canonicum sapere quid  
K 3 vellent.

Henrici Hm-  
eringes obser-  
vationes po-  
litica & mo-  
rales in Gre-  
tium,

yellent. Imo ipse memini, Wittenbergensibus JCtis ab aliis vicinis diu *Moralistarum* nomen datum, quandoque etiam aliud affinis soni, sed magis contumeliosi, \*) nullam aliam ab causam, quam quod Zieglerus, facultatis juridicæ Ordinarius, autoritate sua & existimatione, ac editis in Grotium notis effecerat, ut collegæ (illius videlicet temporis) benignius de jure naturæ & Grotio sentirent, ac ea propter æquiores sèpius in controversiis forensibus sententias ferrent, quam à vicinis, glossas suas & dictata præceptorum, ac observantiam judicialem, (ut coeci alias coecos,) sequentibus, haud fieret. Sed dum ista sic geruntur, Vir illustris, & potentissimi Regis nostri ad Comitia Ratisponensia, nunc ad Francofurtensia legatus, cuius mors inopinata, dum hæc scribimus, narratur, tum temporis quidem, juvenis, ac paucissimis notus, sic tamen secum ratiocinabatur: †) Ad JCtum utique pertinere, ut in legum ci-vilium naturam, reëstitudinem, obligationem, felici judicio inquirat, de jure interrogantibus æquius ac melius respondeat, probet honestatem legum, in speciem pugnania conciliet; Sed ista tamen ex Romana Jurisprudentia sine aliis adminiculis, non nisi turbide & maligne, hauriri posse, adeoque in primis necessariam esse notitiam juris naturalis & gentium, tanquam cancellorum & limitum legislatoriæ potestatis, extra quos licentiose vagari nefas sit. Non posse autem examen legum latarum vel ferendarum instituere eum, qui in hisce juribus hospes nil præter textus digestorum & codicis crepare noverit. Quare opportuna conclusione colligebat, conjungendam omnino sibi cum juris civilis studio fore connatae honestatis æternam regulam, & necessariæ rerumpublicarum compaginis rationem, quam qui ex Tribonianii institutionibus haurire yelit, supra hominem sapere debeat. Elegit itaque bono, omne

omine Grotium, eoque intra triennium fere decies perfecto, cum subinde aliquid ipsi occurreret, aut ubiiore explicatio-  
ne aut honesta censura dignum, idoneum ipsi præbere  
visus est argumentum Grotii hic liber, tentandi privatim  
ingenii vires, tum memoriae juvandæ causa, quæ ipsum  
interdum cogitatorum numero & varietate deficiebat, tum  
lævigandi styli causa inter asperos Romanæ Jurisprudentiæ  
fentes obtusioris facti. Atque sic ipsi natæ sunt observatio-  
nes politicæ & morales in opus Grotianum, quas postea  
A. 1673. publici juris fecit. Deprehendes ibi cogitationes  
non ex locis communibus conscriptas, sed ex lectione Au-  
torum celeberrimorum, Ziegleri, Struvii, Limnæi, Comringii  
&c. horumque collatione cum doctrina Grotiana, maximam  
partem vero ex proprio ingenio, quo jam tum, singulari pla-  
ne & raro, pollebat, ortas, quas adeo eo magis suas \*\*) vo-  
care poterat, quo paucioribus adjumentis usus fuerat. Inve-  
niet in iis quilibet, qui ab affectu vacuus est, quæ multum faci-  
unt ad intelligendum aut emendandum etiam Grotium, ubi  
opus est, & quæ variam viri lectionem, diligentiam & quod  
omnibus reliquis præferendum est, judicium spirant, ut vix  
concipere liceat, quomodo illo tempore juvenis, qui Al-  
torffii & Jenæ, ubi tum JCTi Jurisprudentiam naturalem  
negligeabant, studiis incubuerat, ad lectionem optimorum  
Authorum & judicium ferendum de sententiis communiter  
receptis & autoritate famigeratissimorum JCTorum muni-  
tis, pervenire potuerit. Interim tum quidem à plerisque  
negligebatur liber eruditissimus, in tantum, ut, quamvis de  
Grotii non solum, sed & virorum reliquorum famigera-  
tissimorum, quos jam nominavimus, sententia liberrime  
recederet, ac acriori quandoque stylo, quod tamen in præ-  
fatione deprecatur, usus esset, non tamen meminerim, ipsi  
ob istam libertatem tum molestias à quoquam creatas esse,  
five

sive Ziegleri & Conringii modestia & mansuetudo ac prudenter eos docuerit, dissentientes patienter ferre, sive quod inglorium putatum fuerit, cum homine in certamen descendere, qui se ipsum in præfatione <sup>††</sup>) cum materia prima comparaverat, eo, quod nondum ulla functione publica esset ornatus, quique extra Academiana viveret, & a quo non adeo metueretur dampnum autoritatis Professoriae, sive denique occultæ causæ fuerint, quæ ipsi hæc otia & quietem paraverint, qua alias raro fruuntur aut certe illis temporibus fruebantur, qui dissentire liberius à viris celeribus audebant. Effecit tamen hic commentarius Grotianus, ut Autor ex eo innotesceret illustri viro Friderico à Jena, Ministro Status Electoralis Brandenburgici, qui familiaritate ejus per aliquot annos usus, ac deprehendens, quod ad graviora negotia quam ad Academica aptus esset, Herro suo eum ad primum gradum munieris honorifici, cui immortuus est, commendavit, ac ut id pro merito suo obtinaret, effecit.

\* ) Scilicet Moriolarum. † ) Vide ipsum in præfatione ): ( 8. a.  
\*\*) Ibid. ): ( 3. ab init. †† ) circa finem.

*Transitus ad Hobbesium.* IX. Forte etiam quod adversus Henningesii judicia liberiora nulli motus orirentur, causa fuit, quod illo tempore omnes, qui litem movere illi potuissent, vel jam in armis essent contra terribiliorem hostem, Pufendorfium nempe qui A. 1672. opus suum de jure naturæ & gentium ediderat, vel certe attenti ad pugnam inter hunc & ejus adversarios obliviscerentur Henningesii. De Pufendorfio autem, antequam aliquid dicere permag, memoranda etiam sunt fata Hobbesii, in primis cum Pufendorfius multa sui operis fateatur se utrique & Grotio & Hobbesio debere.

X. Tho-

X. Thomas Hobbesius Malmesburiensis in Gallia *Thome Hobbesii tractatus de Cive & Leviathan.* degens A. 1642. edidit libellum de cive, in quo fontem omnis obligationis & legis naturalis ex præcepto de pactis servandis deducere voluit, supponens in statu naturali jus esse omnium in omnia, ac inde oriri bellum omnium in omnes, hoc vero ut tollatur, pacem esse incundam, quæ non nisi mediantibus pactis iniri possit. &c. Quamvis vero alibi satis declaraverimus, quæ in his Hobbesii doctrinis fundamentalibus desideremus, hujus tamen loci, ubi historiam juris naturalis scribimus, non est, ut disputemus contra Hobbesium, sed sufficit annotare, quod edito hoc libello non statim adversarios expertus sit Hobbius, quin potius ut ipse scribit: \*)

Postque duos annos edo de Cive libellum,  
 Qui placuit doctis, & novus omnis erat,  
 Versus & in varias linguis †) cum laude legebar,  
 Gentibus & late nomine notus eram,  
 Laudabat mediis in Erynibus Anglia & illi,  
 Quorum consiliis cognitus hostis eram.

Scilicet nondum tetigerat Hobbesius in illo libello regnum tenebrarum, id est Theologiam Scholasticam, & artes politicas papatus & ejus reliquias inter protestantes. At postquam A. 1651. edito Leviathane non solum illas doctrinas in tractatu de Civè propositas fuisse explicuisset, sed etiam in hujus sectione ultima, quam *de regno tenebrarum* inscripsit, inquire coepisset in arcana politica papatus, & à capite 44. ad finem libri de tenebris spirituалиbus, ab interpretatione non recta scripturarum ortis, item de dæmonologia & reliquiis aliis religionum ethnicarum, porro de tenebris ab inani philosophia, & de quæstu, à clero papali ex his tenebris quæsito, paulo liberius mentem suam  
 L ape.

aperiuisset, atque in his ipsis meditationibus censuram utique passim merentibus.) reliquias tenebrarum etiam inter protestantes vivis coloribus subinde depinxisset, statim ira Theologorum (Academicorum potissimum) adversus illum exarsit, magis tamen per infidias haud laudandas illius famam petens, quam (uti tamen decebat) errores Hobbesii justis argumentis refutans:

Sed meus ille liber, *inquit*, \*\*) simul atque scholaribus illis

Lectus erat, Jani dissiluere fores.

Nam Regi accusor falso, quasi facta probarem

Impia Cromwelli, jus scelerique darem.

Creditur: Adversis in partibus esse videbar,

Perpetuo jubeor Regis abesse domino.

Ergo doctrinam ejus ab illo tempore Academicorum & Ecclesiasticorum condemnabant fere omnes, ††) laudabant nobiles & viri docti ex laicis. Stante inter amicos & inimicos quasi in æquilibrio, fecerunt illi, ne ob doctrinam non opprimeretur, hi, ne augeretur. Sed tamen postea Rege Carolo II, in regnum restituto apud eum in perpetua gratia vixit Hobbesius, &c, ut Sorbierius notat, Rex aliquando dixit, \*\*\*) se Hobbesio uti ut urso, ad molosorum dentes acuendos & tentandos. Plura vide apud scriptorem vitae Hobbesianæ, anonymum quidem, sed quem suspicor esse Iohannem Albericum, vulgo Aubery. p. 91. verbis: *vir publico bono magis &c. juncta p. 113. verbis: quam mibi solum modo &c.* Eundem etiam autorem denotari arbitror, sub literis initialibus I. A. p. 68. 70. 72.

\*) Vide p. 121.      †) In Anglicam & Gallicam. Vit. p. 91.      \*\*) Vita p. 123.      ††) Ibid. p. 9.      \*\*\*<sup>o</sup>) Crufius in notis ad acta Saracaniana.

XI. Qui libellus vitæ Hobbesianæ, cum in multorum Hobbesii ad manibus sit, & p. 96. seq. syllabum tractatum contra Hob. versarii. besum editorum recensuerit, nolo prolixè catalogum illum hic repetere, sed solum de uno & altero ex præcipuis, qui apud nos maxime cogniti sunt, quædam paucis anhotabo. Huc ergo pertinet Roberti Scharroki tractatus *de officiis secundum Jus naturæ*, cuius idem vitæ Hobbianæ scriptor meminit p. 100. Contenta libelli fusius exponit, Excell. Beierus *specim. 3. autorum Juridicorum* n. 4. p. 12. seq. cum judicio subjuncto, †) quod & meum facio, & miror, Scharrokium æstimari a multis, cum tamen Epicuri hypothesin de voluptate assenserit; in Hobbiūm contra inveniri plure, potissimum ex ea ratione, quod Epicureus sit. Idem Scharrokius etiam edidit: *judicia seu legum censuras de variis incontinentia speciebus, adulterio, perlyamia, concubinatu, fornicatione, stupro, rapto, peccato contra naturam, incestu, & gradibus prohibitus*, recusa Tübinger 1667. qui libellus quidem instar locorum communium esse poterit, de variis variorum sententiis circa hæc vicia, & quid potissimum jure Anglicano circa pœnas eorundem receperum sit; at hæc non satisfacent iis, qui de moralitate illorum actuum deductionem ex principiis rectæ rationis solidis ac perspicuis desiderant, in primis cum ipse Autor fateatur, ††) iniuriam horum actuum non ita clare innotescere, sed multo difficilius, quam in cæteris omnibus delictorum speciebus & cerni, & ex certis naturæ indiciis deduci, ita ut & ipsi, præclari quantumcunque, Theologi & Cti. in hoc argumento frequenter hæreant. Sed tamen ipse in hoc argumento suam hypothesin (illam lubricam, in tractatu de officiis secundum Jus Naturæ magis supportam, quam probatam) quasi adhuc firmam, ratam ac communem tantum præsumvit, \*) per quam in his etiam casibus

bus phænomena morum & honestioris vitæ possint saltem aliquatenus resolvi, atque in ipso opere, nil nisi farraginem variorum testimoniorum ac legum civilium exhibuit. Edidit etiam Richardus *Cumberland de legibus naturæ disquisitionem philosophicam contra Hobbeum*, Londini 1672. (re-cusam in Germania A. 1683.) eodem scil. tempore, quo Pufendorfius suum opus de jure naturæ & gentium publicabat, in quo opere \*\*) à controversis Theologicis abstracto, fundamentum juris naturæ in communi benevolentia posuit, ac ita hypothesin Stoicorum de socialitate defendendam sumisit, Pufendorfii ttt) & nostro judicio inter adversarios Hobbesii maxime commendandus. Adjicemus paucis tractatus quosdam adversariorum Hobbesii, scriptori vitæ ejus non cognitos, scilicet Francisci Julii *Choppii Philosophiam juris veram*; ad potestatem & obligationem universum juris systema referentem, editam Lipsiae 1650. & Samuelis Strimesii *Praxiologiam apodicticam seu Philosophiam moralem demonstrativam Pythagoriana oppositam*, Francofurti 1677. de quibus vide latius Excell. Beierum d. specim. 3. n. 5. & 6. Huc etiam pertinet Kortholdi Theologi Kiloniensis Tractatus *de tribus magnis impostoribus* editus 1680. de quo hic saltem illud noto, quod, cum ad refutandum aut denigrandum Hobbesium p. 97. integrum carmen cuiusdam Angli, virulentum certe & contumeliosissimum imprimi curaverit, huic carmini lector ispar-tialis omnino jungere debeat carmen ex Angelo Politiano præfixum titulo vitæ Hobbesii, & examinare postea, quodnam ex istis duobus magis cum veritate conveniat. Ego certe nollem Kortholto, cuius eruditionem & scripta alias valde veneror, scriptum hoc honesto viro, tantum abest Theologo, parum dignum excidisse, quod ad nil magis aptum est, quam ut incauta ingenia vel ad calumniandum adsue-

aduerscat, vel in erroribus atheisticis Spinosæ magis confirmet.

†) Quod contineat multa utilia, sed tamen non satis perspicue & distincte fundamentum Juris Natura posterioris ac probaverit.

††) In prefat. circa finem. \*). In prefat. d. l. paulo ante.

\*\*) Pufendorf. Erid. Stand. p. 208. †††) Ibid. p. 207.

XII. Sed nec defuerunt etiam, qui Hobbesium defendent. Ejusdem decent, aut uestigii ejus insisterent, quamvis pauci. Profensores. diit Amstelodami 1651. scriptum Anonymi, cui titulus: *dissertatio de principiis justi & decori, continens apologiam pro tractatu clarissimi Hobbi de cive.* Hoc unicum scriptum Author vitæ Hobbi. p. 112. reperiit in Hobbesii defensionem susceptum. Et rathen vereor, ne & ibi plus sit in rubro, quam in nigro. Nequaquam enim expectes doctrinas Hobbesii fundamentales omnes in eo scripto esse defensas, & adversariis fuisse respondum, quod Apologiæ titulus postulabat. Ipse fatetur in præfatione, & statim ab initio dissertationis p. 2. quod Hobbesii non omnia probet. Præterea obscurus & confusus autor est, si quisquam. Fuit autem Lambertus Velthuysius, Medicus Belga, de quo & ejus operibus plura dixi in cogitationibus mensuris germanicis 1688. mense marcio p. 349. seqq. Summari tractatus hujus exhibet Excell. Beierus Specim. i. n. 1. Non solum ejus sed & alterius affinis libelli ejusdem autoris *de naturali pudore & dignitate hominis*, summam exhibui ipse, & fundamenta utriusque destruxi in dissert. de fundam. caus. matrim. aliter jaciendis. §. 87. seq. Breviter \*): deferit Velthuysius principia Hobbesii de jure omnium in omnia, de statu belli omnium contra omnes, de pactis, fonte omnis obligacionis &c. solum retinuit studium le ipsum conservandi, sed ex aliis plane rationibus deductum, scilicet ex consideratione sapientiae divinae & ordine ac fine hominis, item ex Scriptu-

ræ Sacræ historia de creatione & lapsu Adami. An vero hoc sit velle defendere Hobbesium, alii judicent. Apud nos tamen invenit virum celebrem & eruditum, qui proprius defenderet principia Hobbesiana, scilicet Ioh. Christophorum Beccanum, Theologum Francofurtanum, qui in *Politiciis Parallelis* dissert. 1. non solum à criminatione atheismi eum liberavit, sed & principia ejus de statu belli omnium contra omnes, de homine societatem naturam appetente (dissert. 4.) aduersus Pufendorfium defendere voluit. Unde postea non difficile fuit, prolixiorem defensionem Hobbesii aduersus illud convitum atheisti parare Celeberrimo Gundlingio. †) nostro. Maxime sobrium præterea est judicium Pufendorfii de Hobbesio in præfatione ad opus de Jure Naturæ & Gentium: Sic & Thomas Hobbes in operibus suis, ad civilem scientiam spectantibus, plurima habet quantitas pretiis: & nemo, cui rerum ejusmodi est intellectus, negaverit, tam profunde ipsius societatis humanae & ciuilis compaginem rimatum fuisse, ut pauci priorum cum ipso hic comparari queant. Et qua a vera aberrat, occasionem tamen ad talia meditanda fuggerit, quæ fortasse alias nemini in mente venissent. Sed quod & hic, in religione peculiaria sibi & horrida dogmata fixerit, hoc ipso apud multos non rara rationem sui aversationem excitavit. Quanquam & illud non raro contingere videoas, ut ab illis maximo cum supercilie damnetur, a quibus minime lectus fuit aut intellectus. His verbis commentarii loco esse poterunt, quæ leguntur in Erido Scandica p. 206. integro §. 6. Post Grotium circajus naturale operam quoque posuit Thomas Hobbes, vir summo ingenii acumine; qui uel ipse studiis mathematicis innutritus erat, ita & exp̄esserā demonstrandi, mathematicis usitatam, doctrinam morali accommodare, licet non usque quaque modo scholastico adornatam laboravit. Cui fini etiam certam doctrinam sua hypo-

hypothesin substravit, in quam ultimo acimum demonstrationes ipsius resoluerentur. Arriuit autem ipsi potissimum vetus Epicureorum hypothesis vel genii convenientia, vel quod eam in praxi civitatum, omnia fere ad sui conservationem & utilitatem referentium, ratiocineret; vel etiam, quod aliquando suspicetus sum, exemplo & emulatione viri amicissimi Petri Gassendi; qui cum in physicis maxime Epicureorum dogmata recolenda suscepisset, Hobbes ejusdem in moralibus tradita novo schemate induita in theatrum orbis eruditum producere instituit. Ni matio dicere, ipsum vim ingenii ostendare voluisse, suscepta defensione hypotheseos tam exosa vulgo, & paradoxa. A quo non multum abit, quod Serenissimus Magna Britannie Rex ante aliquot annos Samueli Sorbierio de hoc Hobbesio dixerat: se illo viro uti invicem ursi ad molosorum vires tentandas & acuendas. Quicquid hujus sit, id sanc adparet, hoc praeipue ipsum agere, ut potestatem regiam adversus turbulentos homines, qui tunc Angliam sub obtenu libertatis graditer exercebant, affereret, simulque jus circa sacra summo imperio civili adversus fanaticos vindicaret. Quod institutum uti in se quidem magnopere probandum est, modo istud jus legitimis terminis coerceatur: ita ferri plane non possunt hypotheses ipsius ita crude assumta, & que eidem superstruuntur dogmata quadam a sana ratione abeuntia, & non exiguum laborem rebus humanis inferre idonea. Ne de iis memorem, in quibus circa religionem christianam a vero sensu divinarum literarum diversus abit; quibus destruendis operam impendere aliorum est. Neque tanquam quiquam rerum intelligens inficias iverit, inter multa mala reperiiri quoque plurima exquissite bona, & quantius pretiosi; & illa ipsa, que ab eo falsa traductur, ansam prebuerunt, scientiam moralem & civilem ad fastigium perducendi, sic ut de non paucis, que ad perfectionem istius faciunt, pice cogitatio alicui in mentem depisset, absque Hobbesio si fuisset. Ceterum

rum oppugnatus est iste tum a sue nationis hominibus, tum ab aliis, qui tamen non omnes parem ingenii laudem ea nomine ad epi sunt. Quantum tamen mibi constat, ipsius hypothesin inter Anglos solidissime destruxit Richardus Cumberlandus, libro crudito & ingenioso de legibus naturae; simulque adversam hypothesin, qua ad Stoicorum placita proxime accedit, firmissime adstruxit, quorum utrumque & mibi propositum fuit. Et fateor me magnopere gatidum, cum id scriptum in diversa terrarum parte eodem anno produisse conficerem, dispari quidem facie adornatum, sed quod tamen eandem mecum hypothesin affereret, & pleraque a me in Hobbesio notata destrueret. Nec ideo alterutrius nostrum opera minoris est, cum uterque prater illa communia etiam peculiaria quedam habeat: nec minus dexteritatem suam adprobet jaculator, qui eundem cum altero scopum eodem tempore tetigit.

\*) Vide disput. modo citat. §. 90.

†) Tom. I. Observ. select. observ. 2.

Seldenus de  
J. Nat. &  
Gent. secun-  
dum disti-  
plinam He-  
braorum.

XIII. Solent vulgo etiam scriptoribus juris naturalis accensere Seldenum. Sed tantum abest, ut iste liber huc pertineat, ut vel titulus ostendat \*) esse saltem historiam sententiarum Rabbinicarum de jure Naturae, & tractatus ipse ostendat, ne hoc quidem in eo contineri, sed saltem explicationem legum septem, quas Rabbini dicunt Noachio a Deo publicatas esse, ut adeo Seldensis magis ad historiam juris divini positivi universalis pertineat. Hic pertinet locus Pufendorfii in praefat. ad opus de J. N. & G. Johannes Seldenus nemini fortasse secundus haberi posset, si ei propositum fuisset, eadem angelica ius naturale ad quidem humanum genus, quam ad tradita Ebororum accommodare; aut, si unius populi scita pro sufficiente promulgatione iuri omnes gentes obligatur possint haberi. Et latius in Erido Scandica p. 200. §. 1. Qui naturalia iura à positivis accurate discernet, & ista in pleni systematis, roquiditatem disponere agredatur,

retur, ante Hugonem Grotium nemo extitit. Evidem in legibus Ebraeorum, & origine divina, & antiquitate quam maxime venerabili vix ullum est caput iuris naturalis, quod tactum non sit. Sed uti in ipso legum codice, ita & in commentariis, quibus eas leges istius nationis Doctores illustratum rvere, positiva naturalibus immixta conspicuntur, ad que curiose digerenda, sese accinxit Iohannes Seldenus, honesta, uti apparel, & minime livida adversus Grotium emulatione, & quia alias precipuas juris Ebraici partes illustrandas suscepereat: Sic ut ab bocce in peculiare volumen colligeretur, separatum ab eo jure, quod duntaxat inter cives ejusdem Reip. valebat. Quo minus tamen eruditissimum & quantivis pretii opus vicem pleni, & ad captum omnium populorum attemperati systematis in jure naturali subire queat, tres potissimum causa mibi obstatre videntur. Prima est, quia ibi non satis exposita reperiuntur ea, qua ad padiam juris naturalis pertinent. Per eam autem intelligimus illa velut praeconita, qua ad precepta legis naturalis, earumque rationes plene & distincte intelligendas requiruntur, & quidem qua velut domesticas sunt buie juri, nec ex aliis disciplinis mutuo sumuntur. Ex quo genere est doctrina de indeole rerum moralium in genere, de principiis actionum humanarum, earumque natura, & affectionibus, de principio moralitatis, de legibus in genere, de statu, conditione & natura hominis in respectu ad actiones morales, de natura & requisitis factorum, de origine & natura sermonis, & dominii, de modis acquirendi, de pretio rerum. De natura & varietate contractuum, de origine & natura tam societatum primarum, quam civitatum, de imperio ciuitatis, ejusque partibus & affectionibus, & li que sunt alia. Deinde Seldenus legem naturalem non deducit ex tali aliquo principio aut hypothesis, cuius evidentiam omnes nationes agnoscant, aut ad quam agnoscendam argumentis ex rationis lumine petitis adduci queant. Nam fundamenti loco substernit septem illa

praecepta Noachidarum, quorum autoritas apud Judeos antiqua traditione nitebatur, quam adstruere, aut elevare meum non est. Et si mibi quidem valde probabile videatur, primos homines potius ex divina quadam & peculiari informatione, quam propria ratiocinatione praecepta legis naturalis bausisse. Verum ut quis omnibus populis & à diversis ejus traditionis, & numerum istorum praeceptorum argumentis utrinque admissis persuadeat, id vero valde arduum fuerit. Presertim cum nec circa id sollicitus fuerit Seldenus, ut istorum praeceptorum necessariam convenientiam cum natura humana, aut eorundem sufficientiam ad regendas omnes actiones hominum morales demonstraret. Denique & illud tantum agit Seldenus, ut quid Doctores Ebraeorum senserint, exponat; quam accurate autem istorum sententia cum sana ratione congruat, parum examineet. Quod tamen necessarium erat, si quidem plene systematis vicem istud opus subire debet; quippe cum populus judaicus se ipsum quidem eminenti dignatione, alias autem nationes sat maligna estimaverit. Cum tamen ius naturale ad gussum totius generis humani adaptaturo necessarium sit ponere, omnes homines circa fruitionem juris naturalis esse equales.

\*) Confer Pufend. d. prefat. Beccan. d. dissert. 1.

t) Synopsin ejus exhibuit D. Buddens peculiari libello.

**XIV.** Pergo ad Pufendorfium. Docuerant scholastici ob interesse cleri pontificii, quod moralia non cadant sub demonstrationem, ut ita laici adigerentur determinacionem actionum iustarum & injustarum ab ipso clero & scholasticis petere. Paucis haec assertio suspecta visa fuit. Primum, ut videtur, Conringius variis locis monuit, demonstrationes perinde in practica atque speculativa Philosophia habere locum, & prolixius id thema persecutus est, capite singulari & in propoliticis parkter & in libro de civili prudentia †). Sed ipse manum operi ulterius non admovit. In Academia vero lenensi Erhardus

hardus Weigelius Professor Mathematum peculiari libro, quem *Ethicam Euclideanam* \*) vocat, tentavit, annon doctrinam moralem methodo mathematica demonstrare posset: nostrumque Pufendorfium hortatus est, ††) ut in isto genere quid conaretur. Edidit igitur Pufendorfius in Belgio tum temporis degens Anno 1660. elementa jurisprudentiae universalis, quae postea Ienæ anno 1669. iterum impressa & appendice de Sphæra morali aucta sunt. Hic auctor lib. i. definitiones 21. rerum moralium præmisit; usque libro 2. axiomata duo & observationes quinque subiunxit. Dedicatum est opusculum Carolo Ludovico Electori tum Palatino, idque gratum fuisse Electori testatur Epistola ejus, jam ab aliis \*\*) relata, & quod Pufendorfius ab Electore statim anno subsequente 1661. primus in Germania Professor Juris Naturæ & Gentium in Academia Heidelbergensi fuerit constitutus. †††) Etsi vero fundamenta majoris operis de jure N. & Gent. jam in illo libello continentur, non tamen memini, item ipsi à quoquam tum temporis fuisse motam. Anno 1663. illustris Baro Boyneburgius, minister status apud Electorem Moguntinum, pro singulari affectu ac patrocinio, quo ferebatur in promovenda studia & literas Reipublicæ utiles ad Forstnerum, Conringium, Bœclerum & ipsum Pufendorfium scribebat, eosque ad scribendam historiam recessuum imperii, item ad edendum corpus legum naturalium adhortabatur. Quid à singulis responsum sit, videri potest in libello alias exigi pretii, quem Anno 1677. Gœrlicii edidit Henricus Petrus Haberkornius, sub titulo *solis resplendentis Jurisprudentie Justinianæ* \*\*\* ) capite 2. p. 22. seq. Nimurum Pufendorfius mentem suam de doctrina juris naturæ & gentium libere aperiebat. Ibid. p. 29. seq. Epist. 3. Communicata hac Pufendorfii Epistola Conringio & Bœclero, ho-

rum judicium de intentione Pufendorfi expetebat Boyneburgius. Modeste id fecit Conringius, Epist. 4. & 6. ibid. at Bœclerus Epist. 5. & 7. cum maximo contemtu Pufendorfi (¶¶) nil nisi talia evombebat, quæ de ejus invidia & odio erga illum testarentur, & unde maxime confirmari poterunt ea, quæ supra §. 5. in fine de Bœcleri ingenio jam adnotavimus. Quemadmodum autem Pufendorfius in Epistola ad Boyneburgium quædam de instituto suo scribendi Jus Naturæ & Gentium, quamvis paulo obscurius, indicaverat, Bœclerus autem d. Epist. 7. p. 37. seq. nimis scabiose de ipso senserat, ac si veteres latinos græcosque scriptores ignoraret, nec intelligeret; ita postea, cum opus suum de Jure Naturæ & Gentium Anno 1672. Londini Scanorum publicaret Pufendorfius, & ibi per singula capita doctrinam suam ex veteribus iisque optimis græcis & latinis autoribus illustraret, calumniam istam ipso facto refutavit. In hoc opere relicta methodo mathematica, qua ante in elementis usus erat, haud dubie tanquam inanea, neque etiam ad Grotii imitationem usurpata methodo inexpectata, et si grata & artificiali, jus naturæ methodo plane naturali & facillima, ac se ipsum sponte quasi suppeditante exposuit, Grotium, ubi obscurius esset, exposuit, ubi dubia, aut parum verosimilia traderet, correxit, ubi deficeret, superplevit, Hobbesii pariter tradita modo secutus est, modo ea refutauit, potissimum autem scholasticorum doctrinas morales in Germania primus impugnauit, non solum demonstraciones, in doctrinam moralem cadere, evidentissime ostendit, sed & perfeitatem scholasticam actuum, qui iuris naturæ obiectum sunt, (quam cum socialitate conjunxerat Grotius) fortiter oppugnauit, naturam entium moralium distincte exposuit, eaque sub certis generibus & classibus collocavit; uno verbo: *Jus Naturæ & Gentium in justam formam artis pri-*  
*mus*

mus redegit, quod ante eum tentaverat quidem Grotius, sed non perfecerat.

† Ipse Couring. in Epistola ad Boyneb. ab Haberkorn. in Iurispr. Iust. sole resplendesc. p. 36. \*) Poffideo fragmentum MSC. buins libri, qui non est impressus, nec etiam ab autore absolutus. Huc etiam pertinet Weigelii Aritbmechische Beschreibung der Moral Weisheit edita Jenae 1674. in quarto. ††) conser. Prefat. Pufend. ad Elem. jur. univ. \*\*) Dn. Ludovici Hist. Jur. Nat. p. 28. †††) Vide ipsum Pufend. in Epist. Josua Schwarzi ad Wildschutzum. B. 3. 1. \*\*\* Ad hunc factum pertinent ea, que leguntur in Eridi Scandica p. 146. Sed nimurum Doctrina juris (Nicol. Beckmanni) infallibile exhibet argumentum eruditionis tue, & te non minus utilia opera elaborare quam alios ICtos, paris pretiu cum Syndici Görlicensis abortu, vix grano cassa avena digno. Item p. 150. Jurus prudentiam usque adeo non neglexit (Pufendorffius) ut non parum opere posuerit, quo ipsa solidis nixaradicibus exsurgeret. Soles tamen Görlicii resplendescentes pro ignibus faciis habet, ac dolet, tui similes asinos pro triginta uncialibus cieulum fibi doctorum posse emere. Denique p. 163. Quanquam alias Phæbus Görlicensis, cuius facula resplendescens nuper in asbere se stitit, plus radiorum in Beckmanni lucubrations projicere poterat. ††††) Vide istas Epistolæ quinque batænas allegatas infra in Appendix. 2.

XV. Cum vero hactenus etiam in Academüs protestantium istæ papatus reliquiæ remansissent, ut doctrina moralis secundum principia scholasticorum fuisse inculcata, & adeo timerent Professores Academici, ne ex nova hac methodo damnum pateretur eorum autoritas, & compendia vilescerent, omnem lapidem moverunt in Academia Lundensi Petrus Winstrupius & Josua Schwarzius, ut opus illud Pufendorfi supprimeretur. Quare Josua Schwarzius indicem quendam \*) novitatum ex opere Pufendorfiano conscripsit, & in aulam misit. Sed vigilante hic Pufendorfio, & calumnias à Schwarzius commissas aulæ demonstrante, jussus est ab aula Schwarzius quiescere, & cum initio pertinacior esset atque desistere nollet, minæ sunt additæ,

ditæ, quibus ipsi denunciabatur meritum eum esse, ut se-  
vere in eum animadverteretur, hac tamen vice ipsi veniam  
dari, sed sub conditione, ut deinceps caveret, ne clementia  
regia abuteretur. Quibus infidiis ac technis Schwarpii ac so-  
ciorum totum negotium gestum fuerit, latius narrat ipse  
Pufendorfius in apologia. †) Verum indicem hunc à Re-  
gia Majestate suppressum Nicolaus Bekmannus, Professor  
Juris in Academia Lundensi, additis hinc inde notis suis clan-  
culum Holmiæ & Giessæ Anno 1673. imprimi curavit. Sed  
jussu regio index hic à carnifice combustus atque ipse Bec-  
mannus publice cum infamia relegatus est.

\*) Quem vide in fine *Apologia Pufendorfiana*. Erid. Scand. p. 72. seq.

†) Erid. Scand. p. 62. seq.

*Christiani Vigilis dissertatione de Polygamia, Sincero W. a. renbergio opposita.*

XVI. Antequam vero Pufendorfius opus suum de Jure Naturæ & Gentium ederet, conscriperat Holmiæ D. Balthasar Menzerus Epistolam *super divertio*, quam postea ipso inscio sacerdos quidam impressam divulgaverat. Ali-  
quanto post \*) prodiit *Dialogus de Polygamia* epistolæ illæ oppositus, sub ficto nomine Siceri Wahrenbergii, sub quo nomine postea creditus fuit communiter latere Johannes Lyserus, qui sub Athanasii Vincentii & Theophili Alethæi nomine postea Polygamiam non solum licitam, sed & præ-  
ceptam esse defendere voluit; sed Pufendorfius alibi †) di-  
cit, sub Siceri Wahrenbergii nomine lalitasle medicum quendam Suecum. Illo vero tempore per non pauca Ger-  
mania loca disseminatum fuit, a viro non obscuræ famæ \*\*) ac si Pufendorfius autor scripti Wahrenbergiani esset. Et cum Fridericus Gesenius Superintendens Garlebiensis, sub no-  
mine Christiani Vigilis dissertationem *super Polygamia simul-  
tanea* Sincero Wahrenbergio oppositam ederet, de Sincero Wahrenbergio ita scripsit, ut diserte quidem Pufendorfium ejus autorem esse non assereret, sed iis tamen verbis utere-  
tur,

tur, <sup>††</sup>) quæ a quovis impartiali lectori sic intelligerentur, ac si Pufendorfum argueret, quasi sub isto Wahrenbergio latitaret.

\* ) Eris Scand. p. 3. seq.      †) In Epist. Job. Schwarzii ad Wildschützium B 2. b.      \*\* ) Er. Scand. d. p. 3. quem est ibi non nominet Pufendorfius, non tamen est dubium, quin intelligat Johannem Adamum Scherzerum.      ††) Verba ipsa vide ap. Dn. Ludov. in Hist. Jur. nat. § 57.

XVII. Edidit igitur Pufendorfius Anno 1674. apo-  
logiam pro se & suo libro adversus autorem libelli famosi,  
cui titulus: Index novitatum &c, in qua non solum calu-  
mnias Indicis solide refutat, sed & Christiano Vigili acriter  
respondet, & de injuria sibi facta, quod pro Sincero Wah-  
renbergio ab ipso habitus fuerit, conqueritur.\*)

\* ) Er. scand. p. 4.

XIX. Non tacuit Gesenius, sed eodem Anno 1674. Christiani  
edidit aliud scriptum, cui titulus: Samuelis Pufendorfii contrâ Vigilis ini-  
jus nature iniquitas, inque illius scrutinio infelicitas. In quo quitas Pu-  
scripto neque confessus est, neque negavit, se Pufendorfium fendorfii  
pro Autore scripti Wahrenbergiani declarasse, sed solum o-  
mnia, quæ scripserat, ex pio & Christiano animo profecta  
esse testatus est, simulque Pufendorfium grauiter accusavit,  
quod is primus injuriam iphi intulisset. Disputavit etiam  
pro sententia communis de perseitate scholasticorum adver-  
sus socialitatem Pufendorfii, ac persuadere lectori voluit, ac  
si venenum doctrinæ Hobbianæ lateret sub principiis Pu-  
fendorfii. Passim etiam defendere aggressus est Theolo-  
gorum Lundenium insultus adversus Pufendorfium, eos-  
que in fine scripti adhortatus est, ut in Lutheri animositate  
contra dogmata Pufendorfiana continuarent. &c.

XIX. Respondit Pufendorfius his accusationibus Ge-  
senii, sed cum facile sentiret, imparem sibi esse adversarium, Epistola ad  
scriptum apologeticum non ad ipsum direxit, sed in epistola Scherzerum  
eodem Anno 1674. ad Johannem Adamum Scherzerum, edita  
refu-

refutavit latratus Gesenii, ac Scherzerum provocavit, ut ipse aduersus se, aliquid publice ederet, ac clandestinas persecutiones omittat, omnem rursus humanitatem in responsione ei promittens. Quod vero Scherzerum huic negotio immisceret, haud dubie ideo factum fuit, quod crederet, Scherzerum primum autorem esse disseminatæ in Germania famæ, ac si Pufendorfius sub Sincero Wahrenbergio lateret, \*) & quod putaret, instinctu ejusdem, virulentum Gesenii scriptum modo memoratum produisse. Accedebat & alia ratio, quam in fine epistolæ non dissimulavit, quam, quia in nova editione hujus Epistolæ, quæ extat in Eride Scandica, est omisla, †) huc apponere non pigebit. Postquam a Nicolao Becmanno editus Index novitatum etiam Lipsiam pervenisset, ac in nundinis Lipsiensibus perillustris Consistorii supremi Dresdensis præses Scherzero comite tabernas librarias Lipsiæ inviseret, inque libellum Pufendorfii incidet, relatum fuit Pufendorfio, Scherzerum monuisse Præsidem super indice novitatum, adjunxisseque, librum Pufendorfii cupide legi, eoque grave periculum juventuti immovere. Istum vero Dresdam reversum in Consilio de ista re mentionem inecisse, atque ita a Consistorio supremo facultatis theologicæ Lipsiensis judicium fuisse exquisitum. Eo vero mandato accepto facultatem Theologicam, in qua Scherzeri tanquam capitibus præcipuae partes fuerint, nihil aliud quam indicem novitatum transmisisse, tanquam qui fallere non posset. Quamquam vero primarius consistorii assessor Theologus (D.M.G. \*\*) D. censuisset, rem in medio esse relinquendam, prævaluisse tamen cæteros, ut nomine Electoris rescriptum ††) in Academiam Lipsiensem mitteretur, in quo injungebatur facultatibus tribus, Theologicæ, Juridicæ, & Philosophicæ, ut data occasione studiosam juventutem

tem in lectionibus admonerent, de cavendis novitatibus periculosis Pufendorfii in indice notatis,

\*) *Vide modo notata ad §. 16.* †) *Cur in Erido Scandica ea, quæ Scherzerum spectant, omissa sint, vide infra §. 40.* \*\*) *Id est Doctor Martinus Geierus.* ††) *Verba rescripti recensentur in Wildschützii discussione, & apud Dn. Ladovici in Hist. Jur. Nat. §§. 53.*

**XX.** Sed Scherzerus quidem, et si alias plurimis scriptis eristicis, nostri temporis Theologo parum honorificis, testatus esset, quod si adversarios sui similes nactus esset, prouissimus esset ad scripta polemica, subterfugiebat pugnam cum Pufendorfio, quam ob causam, facile divinare poterit quilibet, utque ea taciturnitas ipsi dedecori non esset, impetrabat aliud rescriptum a Consistorio Ecclesiastico, (non sine ratione sibi cavente, ne & ipsum ulterius litigio illi imisceretur) \*) ut ad provocationem Pufendorfii non responderet. Prodigat tamen loco Scherzeri iterum in scenam Christianus Vigil, Christianam benedictionem adversus impiam & immanem maledicentiam Pufendorfi in epistola ad Scherzerum adhibebit am, anno 1675. edens, ubi sub specie benedictionis, pro more ejusmodi hominum, se ipsos infallibiles & puros putos Christianos esse, vel ob ipsam ignorantiam genuinæ iurisprudentiæ naturalis sibi persuadentium, nil nisi venenum iracundiæ immanissimæ in Pufendorfium effutiebat, excependo ex Monzambano, quæ tum temporis profectu ingenii sui nondum agnoscebat Pufendorfius, veritates tum quidem odiosissimas, eumque tantum non criminе læse Majestatis Imperioriæ accusando, imo nomen blasphemii libri Monzambano imponendo, ac contestando, quod totius mundi honores & opes ipse Christianus Vigil possidere nollet, si conjuncti essent cum fama publica, quam de se ipso confiteretur Pufendorfius, quod sit autor Monzambani. Cæterum repetebat injurias in scripto præcedente Pufendorfio illatas

illatas, & maxime urgebat, quod Pufendorfius non respondisset formaliter, negando aut majorem, aut minorem: neque fateri volebat, quod Theologos Lundenses & indicem novitatum in scripto præcedente voluisse defendere, interim tamen Nicolaum Beermannum, ut virum, quem Regia Majestas Svecica tanto munere dignata sit, & cui non nisi post exploratam iuris scientiam, publici doctoris insignia & titulos contrulerit amplissima Jurisconsultorum Facultas, prædicabat. Denique Putendorfium purum putum scarabæum factum esse calumniabatur, & vindictam divinam minabatur, addito Germanico Rhytmo: Wer Obrigkeit und Priester schändt/nimmt selten ja ein gutes End/ & dicto Paulino, quod maledici convitiatores regnum Dei non sint accepturi, item, quod Pufendorfius vel tantum propter probra in se jacta æternæ salutis sit incapax, aliisque similibus, subiecto tamen in fine hujus Christianæ benedictionis isto pio, ut vocat, voto, ut Deus dat Pufendorfio paenitentiam, ut resipiscat a laqueis diaboli principis calumniantium, quibus bacillus capivus fuerit, in quo pio voto etiam desinebat, & Pufendorfium salvare &c. jubebat. Ego ista legens, recordabor pauperis cujusdam ex historia ecclesiastica, qui Abbatii cuidam superbo obviam factus, eleemosynas ab ipso instanter petens, & semper, etiam ultra ultimum saltum obulum petiisset, repulsam ferens, tandem rogabat, ut solum paternam ei benedictionem dare vellet, eoque statim impetrato, facete dicebat: O Vir pie & sancte, si benedictio tua saltum obulum valereret, eam mihi tam promte non dedisses.

\*) Scripti etiam Pufendorfius in invento pullo Veneris Lipsie p. 31. Regem Suecia literas exprobatorias ad Electorem Saxonia misse. Vide etiam primam editionem speciminis controversiarum.

fendorfius adversarios suos ægre ferret, atque iis responde-*nes, de acti-*  
*re dignaretur, ex sua re esse putabant, ut unus post alterum bus, per se bo-*  
*Pufendorfio publice oblatraret, partim, ut, si rationibus <sup>negli-</sup>*  
*non possent, saltem copia eum obruerent, partim ut illu-*  
*strem adversarium sibi eligendo, & ipsi inclarescere incipe-*  
*rent, honori sibi putantes, si pipere Pufendorfiano, et si*  
*mordaci, conspergerentur, cum scilicet antesignani & cory-*  
*phæi adversariorum Pufendorfianorum illo quidem tempo-*  
*re adhuc regnarent in Academiis Protestantium, maxime*  
*Saxoniciis, & faventes haberent ministros aulicos. Ergo*  
*etiam surgebat Jenæ Valentinus Veltbevius moralium Pro-*  
*fessor, & anno eodem 1675, in duabus disputationibus quæ-*  
*stionem proponebat, num actus dentur per se honesti vel tur-*  
*pes, quique ideo in sua natura sint debiti vel illiciti. In priore*  
*intendebat, veram, ut ajebat, & haec tenus receptam senten-*  
*tiam de actibus per se honestis aut turpibus, inque illorum*  
*natura fundatam obligationem defendere, & nonnulla, quæ*  
*Pufendorfius in tractatu de Jure Naturæ & Gentium excepe-*  
*rat, examinare, in posteriori ad objectiones ejusdem in præ-*  
*sato libro & in Apologia respondere volebat. In his disser-*  
*tationibus etiæ modestiam & placidam discussionem promis-  
set autor, ac subinde non absque honoris præfamine de Pu-*  
*fendorfio loqueretur, vincebat tamen subinde affectus, ut in*  
*priore statim disputatione §. 10. in fine assereret, ruidem eum*  
*in questionibus metaphysicis ac scholasticis esse, idque*  
*aut ignavie aut fastidio delicatissimo Pufendorfii esse adscri-  
bendum, Pufendorfioque objiceret (§. II.) quod contra o-*  
*mnen rationis vocem & sensum loqueretur, falsissima ac*  
*vanissima, nugas item ac vana & torpida effugia (§. 13.) pro-*  
*ferret, ac cum Antelapsariis (§. 14. in fine) & ejus furfuris*  
*ploribus sentiret; denique (§. 17. in medio) quod in alienum*  
*sensum detorqueret dicta Scripturæ Sacrae contra antiquio-*  
*rum*

rum Doctorum Ecclesiæ nostratiumque Theologorum interpretationes & doctrinas, & contra expressam sacri Codicis literam. Interim ubique in istis dissertationibus apparent syllogismi formales, sed, quod tamen mireris, tantum hypothetici, non categorici. Credo, ut non sic evidenter transpareret statim legentibus parum cautis ineptitudo consequentiarum. &c.

*Pufendorfii appendix ad dissertationes Academicas selectiores conjunctim in uno volumijecta dissertationibus a prima parte doctrinam suam de origine moralitatis in actionibus humanis contra clamores & sophismata Velthemi e-  
dederet; iis p. 575. seq. appendicem subiiciebat, in cuius jusque primæ disputationis perspicue vindicabat, dum scilicet isto tempore nondum videre ipsi licuisset dissertationem secundam, de qua tamen p. 593. non injucunda proferebat, quæ in actu disputatorio gesta fuerant inter Velthemi & opponentem Magistrum quendam, & simul p. 593. quasdam ineptias alias a Velthemo in Synopsi Institutionum Juris Naturæ manuscripta commissas annotabat. In secunda parte appendicis Gesenii nuditatem, impudentiam, & vesaniam in Christiana illa benedictione latentes repellere volebat, in fine testatus, si in posterum Gesenius furere pergeret, optimum responsi genus futurum, contemnere & silere.*

*Velthemi introductio amplius vel lectum fuit, et si is demum anno 1687. fuerit mor in Grotium. tuus. Interim alii adversarii Pufendorfii nondum quiescere Alberti combabant. Ediderat enim Velthemi jam A. 1676. suam introduc-  
pendium Ju-  
ris Natura  
orthodoxum.  
tionem in Grotium, quam forte Pufendorfius sub titulo syno-  
pseos manuscriptam viderat, in quo item cum Pufendorfiq actam hinc inde repetebat. Eodem tempore Valentinus Alberti, Professor Lipsiensis, Compendium Juris Natura Orthodo-  
xa Theologia conformatum publici Juris faciebat, in quo, et si com-*

communem Scholasticorum doctrinam, de convenientia & inconvenientia actionum humanarum cum sanctitate divina antecedenter ad divinam voluntatem & actibus per se honestis & turpibus deseruisset, & ejus loco convenientiam actionum cum statu integratatis & inconvenientiam ab eodem substituisset, passim tamen dogmata Pufendorfii & hypothesis de socialitate, fundamento Juris Naturæ, impugnabat.

XXIV. Transferat interim Nicolaus Beckmannus (cum Nicolai Beca jus publicatum indicem novitatum a carnifice combustum manni libel-eumque cum infamia relegatum esse diximus) ejurata reli-gione Lutherana in castra Pontificiorum. Ibi vero se libe-riorem calumniandi licentiam nactum esse arbitratus libel-lum famosum, sub nomine Veridici Constantis adversus Pu-fendorfium ediderat. Scriptum ipsum nunquam vidi, nisi quod ex responsione Pufendorfii constet, Beckmannum ipsi maxime nefanda & horrenda crimina objecisse. Verba Beckmanni adducit Wildschützius in discuss. column. p. 145, seq: Beckmannus, ait, in Veridico suo Constance, que tibi objecit, bac fuere. Tempus te in templo ridendo, nugis, fabulis, vel novellis narrandis assidentes in sacris meditationibus impe-diendo, & eludendo concionatorem cum omnium piorum scandalo impie consumpsisse, domi te inter pocula missas ce-cinisse, hoc est, in corona puellarum, ad pridignam tuam die dominica, qua invisebant solennia illa publicæ benedictionis verba: Dominus vobiscum editori in loco, & pallio quidem indutum se cecinisse, quad scandalose per urbem ferebatur, ubique expli-candum hic venit, quod tu, cantatio ista missarum quid sibi velit, se capero dissimulaveris. Ille porro constanter dictum fuisse, sodomitam Soræ te commississe, & in honestam quandam ejusdem loci virginem famosum carmen conscripsisse scribit. Ille te Heidelbergæ contra indesinentes uxoris tuæ gemitus

& planctus viri cuiusdam satis noti uxorem, ut & coquam tuam, 30. annorum mulierem, tanquam duo grata entia moralia, juxta actionum tuarum moralium indifferentiam cum totius urbis scandalo libidinose corrupisse. *Hac inquam, cibi & malea alia Beckmannus objectit; an improbat, ut ait, vel continentandi animo, mea non interest: eque vera tamen hoc amnia esse scribit, ac Deus virit, ipseque regni colorum particeps fieri desiderat.* Ex his Wildschii:zii verbis lumen accenditur ius, quæ Pufendorfius in Epistola ad amicos ( in Eride Scandica p. 125. &c. 129.) pro defensione sua adversus istas calumnias Beckmanni atrulit.

*Pufendorfii epistola ad Oppenebat Episcopalem ad Amicos suos per Germaniam, in qua non amicos per solam a nefandis istis criminibus se purgabat, & Becmann Germaniam, cum evidenter calumniæ convincebat, sed & rursus Becmanni vitam ac res gestas in Academia Lundensi vivis coloribus depingebat \*), addens etiam nonnulla ad propriam vitam pertinentia, notatu haud indigna †). Et cum vero similiter Becmannus in suo libello etiam Scherzerum in partes vocasset, admiscebatur & hic Pufendorfius varia Scherzerum spectantia, atque operam dabant, ut ejusdem censuris, quibus (postquam ab Aula mandatum accepisset, ne contra Pufendorfium publice scriberet,) in lectionibus tamen privatis notare voluerat Pufendorfium, responderet: quæ postea Pufendorfius nescio quam ob causam \*\*) in Epistola hac sua in Eridem Scandicam relata p. 133. sq. omisit, ut ex asteriscis ibi positis constat, legi tamen possunt, in aliis editionibus prioribus, ac etiam illa, ubi epistola Pufendorfii ejus specimen controveriarum anno 1678. edita est subjuncta ††)*

\*) In Eride p. 113. &c. p. 120. †) Ibid. p. 126. sq. \*\*) Sed vide infra h. 49.

††) Sed cum tamen illæ editiones jam non ubivis sint obvias, in gratiam lectoris ad supplendam historiam loca illa in Eride

Eridi Scandica omissa hic apponam. Post verba p. 133: gavilurus si, ita de Scherzero scripsérat Pufendorfius. Nec Scherzerus iusque ad eo Lipsia Dictatorem agit, ut reliqui omnes in istius gratiam fesc proflittare velint. Nam omnia; que ibi atque Dresden contineat alia sunt, ab ipso solo promanasse liquido mibi constat, & hoc ipsum in Epistola mea provocatoriū satis infatuavi. Sic ut nemo quidquam eorum, que in ea epistola dicta sunt, prater Scherzerum & Gesenium in se trahere debeat. Evidem Facultatis Theologica mentionem feci. Sed qui aliter poteram? cum rescriptum Dresdenense ejusdem Facultatis relationem allegaret. Et ipse utique reliquos omnes à culpā ejus rei excusat. Multo minus autem bac res nullum ex reliquis Lipsiensibus Professoribus tangit, qui utique Dresden non faciunt quæstis, librum quem à recipie doctrinā publice abire. Quos de casero erga recentiorum scripta equissimos esse per septen- nium, quo inter eos vixi, satis perspexi. Eadem pag. 133. post verba: injurias fuisse censabitur, sequentia sunt omissa. Ceterum Scherzero ē me sae bonoris exhibitum, licet pessimo de mo merito, quod campum ipsi aperuerim, ubi illustrius specimen ingenii & eruditionis sua posse exhibere, quam compilato Manuali Euastachia ano & Aurifodina Distinctionum, ubi dite viso pallidus fosset, erutoque concolor auro. Nunc quid de ipso sentire debeam, nescio, posquam apud venerandum Consistorium Dresdenense impe- trasse ipsum constat, ut sibi pro imperio injungeretur, ne ad provoca- tionem meam responderet, & nihil omnino video, ipsum sinistris opinonibus ex libello famoso baustis, mordicus inbarere, easque omni studio transplantare in juventutem incutam, & quo nondum suspicari potest, sub tam venembili roga tantum ma- lignitatis aue infectia latitare. Ne gratio bac dixisse videar, ponca quadam loca, qua in manus meas pervenerunt, notabo ex collegio ipsius superiori anno habito, ut appareat, ex aurifodiniā etiam scro- rias effodi. In loco IX. de lege §. 9. tbesis ponitur de justitia Dei essentiali archetypa seu originali, quæ absolute lex æterna dicitur, quæque in ipso Deo sit: contra quam Deus nullo modo facere possit, ubi Augustinus contra Faustum cō- tetur. Inde, tam errores subjiciuntur, bac quoque verba occurrunt. Essentialē justitiam Dei esse prototypum juris naturalis, negat

negat Pufendorfius de J. N. & G. p. 163. seqq. *Heic dico mentem & scopum meum a Scherzero malitiose aut per imperitam decorqueri.* Atque hic locus etiam ideo meretur, ut suppleatur, quia alias ea, quæ sequuntur in Erido Scandica, vix intelligi possunt. Similis est ratio lacunæ, quæ deprehenditur in Erido Scandica p. 135, quæ hic est supplenda. *Quod neque Scherzerus, neque ullus mortalium, prestare potest.* An autem be difficultates methodo, qua Scherzerus & alii Theologi ius natura in locis suis tractant, obseruent, & quomodo ista ex scriptura S. dissolvenda sint, ea cura me non tangit. Nam mibi tanquam Lasco, & qui clavem scientie divina non teneo, sufficit simpliciter credere, Deum essentialiter esse justum & eundem Legis naturalis esse auctorem. Porro in eodem loco h. 12. banc etEOF ponie Scherzerus: *Legem Naturam cordibus hominum inscriptam esse &c.*

*Nicolai Be-*  
*manni legiti-*  
*ma defensio.*

XXVI. Quæ vero de Becmanno Pufendorfius in ista ad Amicos Epistola memoraverat, etsi talia essent, ut vix sibi concipere possent lectores impariales, possibile esse, ut homo anima rationali præditus tantopere insaniret, adeoque multi crederent, Pufendorfium multa ibi affectui iracundiæ dedisse, aut leviores nævos Becmanni niimis exaggerasse; facile tamen postea convincebantur, nullum stultitiae, insaniae, ac furoris genus dari posse, cuius Nicolaus Becmannus non esset capax, postquam videlicet hic Anno 1677. novum libellum famosum, quamvis nomine suo apposito publicasset, cui titulum tecerat, *Nicolaï Becmanni ICti legitima defensio, contra M. Samuelis Pufendorfi execrabilis ficticias calumnias, quibus illum sontra omnem veritatem & justitiam, ut carnatus Diabolus, & singularis mendaciorum artifex per fictitia sua entia moralia (Diabolica puto,) toti honesto, & erudito orbi malitiose ac ignominiose exponere voluit:* Additis aliis pluribus lineis, furoris Becmanni evidentissimis signis in ipso schedæ titulo. Ipsum vero scriptum tot insulis & ridiculis sui ipsius encomiis, tot horrendis calumniis in Pufendorfium a capite ad calcem reple-

repletum est, ut nescias, an homini irasci an vero ex misericordia ipsi helleborum & catenas commendare debeas.

**XVII.** Igitur persona sua indignum esse arbitrabatur Pufendorfius, ut aperte amplius cum homine insano ipse pugnaret. Prodiit ergo eodem anno 1677. scriptum facetum sub nomine: *Petri Dunei p.t. in Academia Carolina Pedellis secundarii epistola ad virum famosissimum Nicolaum Beckmannum, totius Germanie convitiatorem & calumniatorem longe impudensissimum.* Ubi tamen quilibet facile subodorabitur ex stylo, ipsum Pufendorfium esse autorem.

Petri Dunei  
epistola ad  
Beckman-  
num.

**XXVIII.** Eodem anno prodiit aliud scriptum alterius *Rolleti.* *di-*  
*Autoris, qui sub nomine Jobannis Rolleti latere volebat sub scuffio cata-*  
*tulo discussionis calumniarum, quas absurdissimas, de illustri viro mniarum*  
*Samuele Pufendorfio relegatus e Scocia nequam Nicolau Beckmanni,*  
*nus per causam defendende fame non ita pridem in vulgus sparxit.*  
*Autori Klingero nomen erat, Jurium candidato, tum in Aca-*  
*demia Jenensi viventi. Cum vero in isto scripto non solum*  
*insanientes calumnias Beckmanni in Pufendorfium acri &*  
*mordaci sed festivo stylo repressisset, sed & Velthemii inepti-*  
*as introductioni ejus ad Grotium insertas multo sale satyri-*  
*co notasset,\* )ac parum caute talia ausus esset, inter hostes Pu-*  
*fendorfi degens, carceri mancipabatur Rolletus noster, &*  
*nescio ob quod crimen intentatum ad articulos, ut amici re-*  
*trulerunt, inquisitiones numerum centenarium excedentes,*  
*sed de meritis quæstionibus metaphysicis ac moralibus agen-*  
*tes respondere cogebatur. Atque haud dubie graviore pœ-*  
*na ipsum notasset Velthemius, & qui Pufendorfio male cupie-*  
*bant, ejus collegæ, nisi re a prudentioribus in aulas nutricia-*  
*rum Principum Academiæ Jenensis delata, inquisitorius ille*  
*Processus mandato principali suffocatus, & Rolletus libertati*  
*restitutus fuisset. Sic tamen terror iste improvisus & metus*  
*majoris mali altas radices in animo Rolleti egerat, ut non*

O

multos

multos post annos vita excesserit, diuturniore vita & fortuna magis secunda dignus.

<sup>\*)</sup> Vide Erid. Scandic. p. 165. seq.

Pufendorfii  
specimen  
controversiarum.

XXIX. Pugnaverat hactenus Pufendorfius, cum variis adversariis suis per quinquennium & ultra. Jam igitur tempus esse ratus, ut controversiis istis finis imponeretur, edebat Anno 1678 specimen controversiarum circa jus naturale ipsi nuper motarum, in quo, postquam nonnulla de adversariis suis in præfatione monuisset, (quorum tamen illa, quæ Scherzerum spectant, in Eride Scandica p. 199. 208. iterum omissa sunt, & asteriscis notata, ex prima adeo editione <sup>†</sup> petenda) ac nonnulla ad Josuam Schwarzium p. 196. seq. e-jusque vitam pertinentia memorasset, <sup>\*)</sup> ipsas controversias sex capitibus inclusit. Primum agit de origine & progressu disciplinæ Juris naturalis, ubi p. 200. seq. de Seldeni jure naturæ secundum disciplinam Hebræorum, p. 205. de Grotii opere, de scriptis item Hobbesii, p. 206. libere, sed erudite sententiam suam exponit, & inter alia memorat, quod liber ejus de jure naturæ & gentium a Jesuitis Viennæ in mercatu publico nescio ob quam caufam vendi fuerit prohibitus. Secundum caput de novitatibus Philosophicis agit, easque ingenuo scriptori vitio nequaquam esse vertendas adversus Gesenium p. 212. & Velthemium p. 214. demonstrat. In tertio capite de statu hominum naturali contra Josuam Schwarzium, seu Autorem Indicis novitatum disputat. p. 226. seq. Quartum caput prolixius de fundamentali propositione juris naturalis differit, & doctrinam Pufendorfi ab objectionibus Velthemi p. 232. seq. & Autoris indicis novitatum p. 242. seq. vindicat; Simil autem novi adversarii Valentini Alberti censuris responderet. Ac compendium quidem Albertinum, quod supra §. 23. memoravimus, nondum visum fuisse Pufendorfio ex isto capite constat. Cæterum jam ante illius editio-

editionem Alberti in procœmio & proœtheoria annotatorum in Grotium, in calatum Auditoribus dictatorum Pufendorfium notaverat, cui satisfacere hic studet Pufendorfius p. 247. ad 266. Disputat etiam adversus communem doctrinam de notitiis innatis, p. 265. seq. & Velthemii propositiōnem fundamentalem juris naturæ: honesta esse facienda, turpia omittenda, impugnat, p. 270. seq. In quinto capite de origine moralitatis & indifferentia motus physici in actione humana disputat iterum adversus Albertum p. 279. & p. 280. seq. contra Velthemii dissertationes duas supra §. 21. recensitas, item p. 308. contra aliam disputationem Jenensem Anno 1675. sub Præsidio celebris ICti habitam, p. 316. contra Josuam Schwarzium, & p. 318. contra alium quendam, cuius nomen taet Pufendorfius, denique p. 321. contra Gesenium. Caput ultimum p. 323. seq. de examine doctrinarum agit. Docuerat enim Pufendorfius, expedire Reipublicæ, ut publice civitas ejusmodi doctrinis velut personet, quæ cum fine & usu civitatum congruant, simulque animi civium a puero istis imbuantur, utque ejusmodi doctrinæ, quæ sive sub specie religionis, sive alio modo, obtrudantur & tamen sua natura animos hominum ad turbandom pacem disponant, ac jus naturale & principia sanæ Politicæ convellant, adeoque exitiabilis morbos in civitate producere aptæ sint, a summo imperio civili ad examen revocentur, & e civitate plane proscribantur. Hanc doctrinam Pufendorfii Joshua Schwarzius & Nicolaus Beermannus ita per calumniam inverterant, ac si doceret Pufendorfius cum Machiavello, religionem statui Reipublicæ esse accommodandam, & pro instrumento ejus habendam, quorum censuram postea commendaverat Gesenius. Quibus in hoc capite respondet Pufendorfius.

†) In prefat. ad Lectorem Erid. Scand. p. 199. post. verba: *memu-*

sea entecares, supple sequentia: Sed maximum firmamentum partibus addere creditur Johannes Adamus Scherzerus, *Theologus Lipsiensis*, si modo aliis omnibus tanti foret, quanti sibi ipse est. Et si balterius post principia sibi cavere, & tacito supercilio & clandestinis calumniandi fraudibus grassari tutum duxerit. Nam cum pravideret, sophisticationes suas, quibus recentes Magistros tantopere exercuit, in hac pugna parum roboris habiturus, a splendidissimo collegio, (quod ut in librum meum abs. non letum tam innatam censuram ferret, indaxerat,) literas impetravit, ne publice super injuria facta rationem redderet. Et nihil facias calumnias de me in imperitos juvenes propagare non destitit, simulque, si quem senserit, equiora de scriptis meis sentientem, in quem malignitatem suam exserere possit, acerrime perstringit. Et postea circa finem capituli i. p. 208. post verba: *coccyx* pergunt, ita continuandum est. Et cum judicarem, commodissimam hanc foro viam controversia isti penitus excutienda, si, que maxima sapientia persuasione inter obirellatores meos turgere videtur, D. Scherzerum, theologum Lipsiensem in publica scriptiorum certamen provocarem, ut pote in quo plurimum videbatur facultatis ad exprimenda omnia, ob qua liber meus ijsis sapientiae divine & humana delanibus se se approbare haud potuerit, ea quoque spe finiendi litem tam infastam excussum sum, postquam iste quidem a superioribus literas impetravit, quibus inscitiam suam non apricari juberetur, & nibilominus in privatis lectionibus apud studiosam juventutem talium ignoram calamitatis me onerare non desinit.

\* Cum & hoc ad historiam controversiae pertineant, ea hic exhibeo. Quanquam nescio, inquit, an primo huic (Nic. Beckmanno) censurus sit Josua Schwarzius, quippe ex cuius cerebro, Index Novitarum progeniis est, qui solus exprimendo viri animo ingenioque sufficit; & qui novam apud secundam symboli vicem subit. Iustum hominem in me impegit genii scivias turbis ferendis nata, & quod hoc velue compendio ad famam singularemque eruditioris opinionem grassari in proclivi duceret, postquam bonas per artes teneribus se se eripere non dabatur. Ac statim quidem cum post absoluciam peregrinationem, quam ad exemplum imperatoris Hadriani pedibus fere obierat, in patriam revertisset, obtenu zeli oestro potius, idetur barum dedit, ut, ne Gedonum profugisset, capitio supplicium subiuris

tarus fuerat; Quod totum negotium in Pomerania Electorali natorium est. Cum Gedani se non satis eusum crederet, Holmiam se penetravit, ubi prima cura erat fami depellenda quid circumspicere, simulque bipatentem braccarum portam obstruere. Inde Pastonatus indagabatur. Et cum sub id tempus munus concionatoris Teutonici Holmia vacare, magno cum ambitu, & non sine turbis in plebe excitatis ad idem ne quidquam adspinebat. Sed mox eum de insituenda Academia Carolina ageretur, ne importunum flagitiatorem aliquo extruderent, Concionatorem Teutonicum Londini ipsum agere jubent, adjuncto extraordinarii Professoris titulo, ut ansam haberet studia sua ulcerius excolendi. Sed postea cum qui vocatus erat celebris Theologus accedere abnuisset, Viro, qui tunc gratia quorundam regni procerum florebat, adulando adrepit, quo procurante Professoris Theologia vocabulo potitus est. Talem in locum protruso facile quidem erat, turbulentia & rixositas famam adquirere, mota vanorum litigiorum serie, in quorum premium parum abenit, quin munere dimovereretur. Sed eruditionis opinionem sibi circumponere difficile fuerat ei, qui ex universa Philosophia prater vocabula etenim ratione sophistaeorum & ex Theologia recentes quasdam controversias, crepare nihil poterat. De cetero in linguis orientalibus, patribus, historiis & antiquitate ecclesiastica, elegantibus literis ac solida Philosophia plane hospes; ingenio insuper ita infelici, ac tardo, ut ad iugum concionandam integrum septimana opus esset, totque annorum spatio vix due aut tres miscella dissertationes procederent, modici tyronis specimen; nisi quod aculei calumniarum, quibus posteriores due referre sunt, insignem artis sycophantica peritiam praese ferunt. Igitur cum mire gestiret ostendi, & dicier, hic est, uno momento ex numero obscurorum virorum emersorum se sperabat, si quam maculam operi meo, mibique posset adfergere; cum sperare pretextum zeli theologici apud imperitos applausum & si secundus cecidisset, excusationem sibi paratrum. Prasertim cum nationum ipsius stuporem & tenuitatem eruditionis singulari quedam facultas suppleret, innocentissime dieba detorquendi & vis quedam, qualis in certo musearum genere deprehenditur, proluvie sua ciliata optimas carnes pollueundi. Sicut & de istius hominis pia & candida intentione hoc testari potest, quod, cum silentium ipsi aspero cum in-

no Cap. VI. DE FATIS JURISPRUDENTIAS NATURALIS

crepatione & comminatione foret impositum, hoc solatio istam ignominiam sibi levavit, quod a suo amico & socio Nicolao Becmanno rante mibi per libellum famosum consumelia foret inferenda, ut ex illa multum detrimenti existimatio mea per Germaniam sit caputa. Hisce igitur si conjungamus fraudes circa hoc negotium adhibitas, quas in Apologia mea fatus exposui, & quarum pleraque à Schwarzi manu promanarunt; sane nemo cordatus fuerit, quin agnoscat, minus quam pro meritis Asinium Tenebriorem rapulasse. Ceterum ut que mibi intentabantur calumnia, majore cum pondere procederent, in partes quoque trahitur Petrus Winstrupius, Scania Episcopus, qui cum Schwarzi nuper atrocissima lite collisus fuerat, cui bicce & errores circa religionem, & neglectum officii & animum Regi infidum objecerat; qua lites demum, cum in exitium Schwarzi erupture viderentur, mea potissimum opera composite sunt, pro quo officio tam egregiam mibi gratiam Schwarzius paulo post retulit. Quod autem Winstrupius ille, quem per quadriennium ego omni observantia & sincera amicitia exhibitione coluisse, tam facile negotio permoveri potuerit, ut in fabula tam inficeta primarum partium alio esse vellet, una quidem causa fuit, quod illi nunquam moris fuit, actiones suas ad sanam rationem exigere, sed coeco potius impetu ruere. Altera autem, quod solo officii sui vocabulo me oppressurum se spernaret. Enim vero autoritatem & munus istius viri calumniis in me jactatio parum ponderis addidisse nemo mirabitur, qui cogitaverit, impudenter sperasse, sui ullam rationem habitumiri, cui cum talibus tam foedo in negotio societatem coisse religio non fuit. Praesertim cum nulli mortalius minus quam ipsi perspectum foret, quid proprie in controversia esset, quippe cui vocabulum iuri gentium vix fando audiendum foret, & cui nullo alio argumento erronea quadam libro meo contineri consabat, quam quia Schwarzius tale quid fabulanti fidem adhibuerat.

Zentgravii  
de origine ju-  
ris naturalis  
secundum  
disciplinam  
Christian-  
rum.

XXX. Sed truxtra quidem speraverat Pufendorfius, se edito specimine controversiarum finem impositurum litigiis, quae ipsi super opere Juris Naturæ & Gentium motæ fuerant ab adversariis. Nam eodem anno 1678. Johannes Joachimus Zentgravius, Philos. pract. Prof. in Academia Argento- raten-

ratensi, ediderat disquisitionem de origine, veritate & immutabili rectitudine juris naturalis secundum disciplinam Christianorum, ad Gentilium captum, in quo prolixe de origine moralitatis & legis naturalis agens defenderat, dari actus antecedenter ad voluntatem divinam honestos vel turpes, seu bonos & malos, et si non sint antecedenter ad voluntatem divinam praeceperae vel prohibitae, disputaverat etiam cum cura, contra indifferentismum actionum a Vasquio, Rada, Caramuele, Szydlovio, Rhætorferti, Twisso, Hobbesio, defensum, simul autem negaverat, socialitatem esse juris naturalis fundamentum, sed potius id in conformatione creaturæ rationalis cum Deo ponendum esse, ac præterea etiam doctrinam communem de notitiis moralibus in infantibus defenderat. Cum vero in singulis hisce assertis Pufendorfius diversam foveret sententiam, & ea propter impugnaretur ab adversariis hactenus memoratis, credebant plurimi, Zentgravium etiam Pufendorfii doctrinam in hac disquisitione voluisse suspectam reddere. Recenset etiam Dn. Bejerus hunc Zentgravii tractatum Specim. 3. n. 8.

XXXI. Porro Valentini Alberti, uti tum magnæ autoritatis Lipsiæ erat, & præterea Scherzerum (adversus Pufendorfium saltem mussitantem) affinem habebat, metuebatque ne recepta Pufendorfii doctrina ejus collegia in Grotium & compendium illud orthodoxum juris naturæ ad statum inregritaris conformati vilescerent, ita sibi dedecori esse putabat, si Pufendorfio statim post primum conflictum palmas tenderet, aut post ejus specimen controversiarum obmutesceret. Accedebat, quod perspicuitate in docendo & per quotidiana exercitia disputatoria applausum studiosæ juvenutis Lipsiæ sibi parasset, ac Ephorus stipendiatorum esset, ut adeo juniores Magistri tanquam beneficiarii Electorales ab ejus patrocinio penderent, & promotionem ejus suffragio

Valentini  
Alberti spe-  
cimen viudi-  
ciarum.

fragio sibi pollicerentur, unde spem alebat Albertus, hos non defuturos esse, quo minus in subsidium ipsi venirent, si solus Pufendorfum in pugna continua vincere nequirit, sed forte vapularet. Pollebat etiam scribendi genere in speciem placido & modesto, sed tamen hinc inde aculeato, & lectoribus extra partes positis non displicente. Adde quod methodum disputandi optime calleret, ac speciem accurati disputatoris præse ferret, neque more Velthemiano & Gese-niano, strepitu syllogismorum nauseam moveret lectoribus paululum delicatis, interim tamen, ut aculeata dicta, ita & sophisticas responsiones artificiose occultare nosset; atque adeo his dotibus instructus inter adversarios Pufendorfii solus videretur præ reliquis apertus esse, qui Pufendorfii famam, si non destruere, saltem valde minuere posset. Hæc omnia, inquam, & Albertum, gloriæ valde cupidum, instigabant, ut pertinacius reliquis calatum aduersus Pufendorfium stringeret. Ergo cum specimen controversiarum a Pufendorfio vix vulgatum esset, mox eodem anno 1678. Albertus edebat specimen Vindicarum. Apposuerat Pufendorfius titulo specimenis versiculum. Propertii: *Maxima de nibilo nascitur historia;* Apponebat Albertus suo specimeni versum Horatii occulte. mordacem: *Dixit abue aliquid? Nil sane, quid placet ergo?* Hic omnibus viribus operam dabant, ut doctrinam Pufendorfii tanquam periculosam ac damnosam depingere pergeret, ac suam hypothesis de statu integritatis tanquam unicum pharmacum occulto illi veneno repellendo aptum commendaret.

*Srimesii  
Praxiologia  
apodictica  
& origines  
morales.*

XXXII. Anno 1677. Samuel Srimesius Professor in Academia Viadrina dissertationes morales quasdam antea in cathedra philosophica ventilatas conjunctim ediderat, sub titulo *Praxiologia Apodictica, seu Philosophia moralis demonstrativa, Pythagorologica Hobbeiana opposita*, cuius jam mentionem

tionem supra fecimus §. II. In hoc opere naturam virtutis posuerat in amore intellectuali, seu in imitatione divinæ bonitatis & sapientiæ, sive in habitu suum cuique tribueridi. In Pufendorfio vero notaverat p. 43. quod praxi & moralitati statum tantum corruptum & ab omni integritate alienum tanquam hypothesin, non quidem veram sed fictam, præstruxisset; item p. 89. seq. quod statum hominis in naturalem & adventitium distinxisset, & (p. 220.) boni justique fontem societatem constituisset, ac (p. 232.) moralitatem omnem actionum humanarum deum à voluntate divina deduxisset. Idem autor tamen in eo cum Pufendorfio adversus Albertum consenserat \*), non confundendum esse jus naturale cum Theologia, adeoque jus naturale non deducendum esse ex christiana & perfecta status integritatis ex sacris literis cognitione. Cæterum tamen simul negaverat, statum integratatis, seu, ut ipse corrigendum esse putat, statum creationis gentilibus non fuisse cognitum. Qua de re postea inter Albertum & Strimesium novæ lites sunt ortæ, quæ tamen ad nostrum scopum parum spectant. Cum vero animadverteret D. Strimesius, tradita in priori tractatu hinc inde ulterioris declarationis aut confirmatio- nis indigere, anno 1679. edebat *origines morales*, seu differ- entiationes vera moralium fundamenta complexas, ubi præ- terquam, quod controversias cum Pufendorfio memora- tas repeteret, etiam Petri Poireti & Cartesianorum in ge- nere doctrinam de origine veritatum omnium à Deo di- versarum ex voluntate divina refutare conabatur. Proli- xiorem synopsin hujus tractatus exhibit Dn. Bejerus Spe- cim. 3. n. 7.

\*) Vide praxiol. p. 44. juncta prefatione ejusd. autoris ad *origines morales*.

>

## 114 CAP. VI. DE FATIS JURISPRUDENTIAE NATURALIS

Pufendorfii  
spicilegium  
controversiarum.

XXXIII. Pufendorfius igitur publicato anno 1680. spicilegio controversiarum in capite primo respondebat doctrinis & objectionibus Zentgravii, de origine moralitatis, de bono & malo antecedenter ad voluntarem divinam, & de actuum humanorum indifferentia, de imputativitate actionum moralium, de socialitate, de conformatione creaturæ rationalis cum creatore, de notitiis moralibus innatis &c. In capite 2. doctrinas suas contra vellicationes Albertinas defendebat, & inconvenientiam doctrinæ de juris naturalis disciplina, ad normam status integri formanda, ad oculum monstrabat. Denique in capite 3. vindicabat dogmata sua ab objectionibus Strimesii, tam in praxiologia apodictica, quam in tractatu de originibus moralibus, propositis.

Alberti Pa.

XXXIV. Neque sic tamen finis erat controversiarum. Nam Valentinus Alberti anno 1681. in parœnci ad Zentgr. viii studiosam juventutem post pestem extintam Lipsiam reddituram vindicia, adversus Pufendorfii spicilegium varia disserebat, de philosophia Christianæ præstancia præ vulgari, de doctrina juris naturalis, tanquam parte illius philosophia Christianæ, de juris naturalis deductione & statu integratatis, denique de præstantia doctrinæ suæ. Quin & scholia ipsi textui spicilegii Pufendorfiani addebat, variis dictiis ex poetis & oratoribus græcis & latinis petitis exornata. Zentgraveius autem editis eodem anno 1681. vindicis originum juris naturalis initio mentem suam declarabat, quod ea, quæ in originibus juris naturalis contra indifferentium actionum humanarum protulisset, non Pufendorfium, sed autores alios, supra §. 30. nominatos, respicerent, tum, in illis, in quibus adhuc à Pufendorfio dissideret, modeste sententiam suam ulterius declarabat, scilicet de doctrina juris naturalis secundum disciplinam Christianorum tradenda, de origine moralitatis & legis naturalis, de ratione formalis actionis

nis

nis moralis, de indifferentismo actionum moralium, de socialitate, an sit fundamentum juris naturæ, de conformatione creaturæ rationalis cum Deo, quomodo jus naturæ & an in infantibus detur, tandem an jus naturæ dirigat etiam actiones interiores. Denique *Strimesius* anno 1682. in *epicrisi in spicilegium Pufendorfianum* sententiam suam de statu hominis naturali, de bono & malo in modo co[n]cipiendi nostro voluntate divina prioribus, & de socialitate inadæquato moralitatis principio adversus Pufendorfium defendere satagebat, acriori tamen scribendi genere usus, quam fecerat Zentgravius.

XXXV. Iste tribus libellis Pufendorfii loco respondebat Julius Rondinus anno 1683. sive sub hoc nomine late-  
ret ipse Pufendorfius, sive Rolletus ejus autor esset, edita <sup>Julii Rondini dissertatione epistolica pro Pufendorfio.</sup>  
*dissertatione epistolica* \*), breviter adversariis Pufendorfii ostendens, ubi vel mentem Pufendorfii non asssecuti essent, vel data opera ejus sententiam aliter ac par erat, protulissent, vel alio modo a legibus bonæ disputationis aberrassent. Atque sic quidem finis, quantum mihi constat, impositus fuit controversiis cum Zentgravio & Strimesio ; sed quod Albertum attinet, plura adhuc de ejus litigiis restant dicenda.

(\* Erid. Scand. p. 391. seq.

XXXVI. Scilicet paulo post Albertus *defensionem ad- Alberti de-*  
*Dersus Jatii Rondini scriptum* edebat, cui Pufendorfius pu-*fensorfio. Pu-*  
*blicata 1686. Eridi Scandica, alias nihil nisi collectionem scri- fendorfi E-*  
*ptorum hactenus pro Pufendorfio editorum continente, in ria Scandica.*  
*prefatione sub Jatii Rondini nomine iterum paucula regere-*  
*bat. Cæterum illa prefatio Eridi Scandicae novam occa-*  
*sionem præbebat, ut litigium illud Albertinum diutius ex*  
*parte Alberti duraret.*

XXXVII. Nimirum vir illustris *Seckendorfius*, Mini- *Seckendorfie*  
*ster Status & Cancellarius Saxo - Numburgicus, Patronus iudicium de*  
P 2 *non controvergia*

## 116 CAP. VI. DE FATIS JURISPRUDENTIE NATURALIS

*inter Pufen-* non solum eruditorum, sed & ipse solide eruditus (& in  
*dorfum &* studiis quidem, non subtilibus illis & speculativis ac inutili-  
*Albertum.* bus, sed in humaniore literatura & disciplinis, vitæ civili  
in servientibus,) liti huic immiscebatur paululum invitus,  
ita tamen, ut nescires, an ipse magis in causa fuerit, an Al-  
bertus. Etsi enim Seckendorfius antea ipse socialitatem  
pro fundamento juris naturæ agnoscisset, & ejus utilitatem  
etiam in controversiis cum infidelibus, qui sacram scriptu-  
ram non agnoscunt, commendasset, \*) postea tamen in  
annotationibus ad Statum Christianismi editi anno 1685.  
mentionem faciens controversiæ Pufendorfii cum Alberto,  
nescio qua de causa, commendaverat hypothesis Alberti-  
nam, ut jus naturale & gentium ex principiis Christiani-  
smi ducatur, & Pufendorfii doctrinam ex solo lumine  
naturæ socialitatem suam deducentem inutilem esse asse-  
ruerat, cum Turcæ ac ethnici libros nostros non legant,  
& adversus hos magis machinis & gladiis, quam ratione  
pugnandum sit; ac præterea juventus ex recentibus hy-  
pothesibus ansam arripiat, ut veteres regulas non amplius  
magni æstimet, recentibus autem non constanter fidem  
adhibeat.

\*) In Entwurff vom natürlichen Recht. p. 440, 442. seq. Loca ipsa  
excerpsi in disserr. proœm. ad Inst. Jurupr. Divin. p. 70. seq.

*Querela Pu-* XXXIX. Ægre id judicium ferebat Pufendorfius,  
*fendorfii ad-* vel ideo, quod crederet, ex hoc judicio viri inter suos no-  
*versus iſtud* exiguae autoritatis, Alberto non modicos spiritus accessisse,  
*judicium.* unde, quia in illum à partibus non esset compromissum, ac  
in Republica literaria lex ea vigeret, ut is, qui ultro circa  
controversiam quandam sententiam pronunciare aggredie-  
retur, non ægre ferre deberet, si tantisper e tribunali de-  
scenderet, & suum judicium alterius judicio iterum subjici  
pateretur; sub persona Julii Rondipi in prefatione ad Bridens

SOHN-

*Scandicam* simul respondebatur Seckendorfio, ac ad singulas ejus rationes nervose & cordate, sed modeste tamen excipiebatur.

XXXIX. Hic vero Albertus sibi haudquaquam quiescendum esse credens, scripta pariter pro se, haec tenus, & à se & ab aliis publicata, conjunctim edebat sub titulo *Eros Lipsici*, addita præfatione & defensione, in quibus & suas doctrinas & judicium Seckendorfii de methodo Pufendorfii & Albertina jus naturæ tradendi defendere nitebatur. Inscribebat hunc fœtum ingenii sui Seckendorfio, additis in ipsa defensione & libelli titulo elogiis Seckendorfii variis, quæ inter præcipuum erat, quod Seckendorfium appellaret *Heroem de toga immortaliter meritum*. Potissimum autem id agebat, ut Pufendorfio iterum occineret, parum christiane eum egisse, quod finxisset primum hominem fuisse miserimum, cum tamen Scriptura Sacra contrarium revelasset. Imputabat etiam Pufendorfio inter alia, quod Scherzeri, interea mortui, nomini & famæ contra fidem dataim non percisset in Eride, \*) cum tamen Scherzerus ea, quæ in systemate Theologico manuscripto contra Pufendorfium in calamum dictassem auditoribus suis, postea in impressis exemplaribus omisisset.

*Alberti Eros Lipsicus.*

\*) Vide Pufend. invenust. pull. p. 30.

XL. Pufendorfius valde indignatus Albertum fiducia Seckendorfii magis quam antea ferocire, atque ab amicis audiens, Seckendorfium per literas Albertum incitasse, ne litem hanc aliquando intermori pateretur, \*) sed ipse porro molestias crearet, (quam circumstantiam postea etiam Albertus & Seckendorfius nec negabant, †) nec confitebantur, aut saltem frigide negabant) anno 1688. edebat *commemorationem super invenusto Veneris Lipsice pullo, Valentini Alberti calumnias & incepisis oppositam*, in qua non solum acri

*Pufendorfius  
invenustus  
pullus Veneris  
Lipsica.*

lixivio calumniam toties repetitam, ac si finxisset, hominem primum fuisse miserum, abliebat; sed & Seckendorfio, quem compatrem Erosis Lipsici dicebat, quædam duriora & parum jucunda objiciebat, maxime vero blandicias \*\*) & elogia ab Alberto data, & in primis, quod illum appellasset Heroem de toga immortaliter meritum ††) inania, ac utriusque parum digna esse asserebat. Docebat etiam, se fidem Scherzero datam servasse \*\*\*), (quod scilicet in Erude Scandica omnia, quæ ad Scherzerum pertinerent, omiserit.) Quod autem titulus ejus epistolæ præfixus manserit, per id ipsius famæ nihil decedere; cæterum tanto majorem laudem in Scherzero mereri istam animi moderationem, quod mature pedem è via, quam minus considerate ingredi cœpisset, retraxerit, cum contra Albertus, qui tanquam Doctor Paradisiacus exemplo suo statum integritatis repræsentare voluerit, pravitati insistere, & injurias injuriis cumulare pergeret. Ita Eros Lipsicus majorem incendio ansam dederat, tantum abest, utflammam litigii extinguere fuisset aptus.

\*) Invenust. pull. p. 31.

†) Alberti Epist. ad Seckend. p. 4. &amp; 25.

\*\*) Inven. pull. p. 6.

††) Ibid. p. 32. \*\*\*\*) Conf. supra §. 19.

*Alberti Epis.*

*spela ad Seckendorfium,* anno 1688. edebat epistolam ad Seckendorfium, commentum Pufendorfii de invenusto Veneris Lipsica Pullo refutantem. Hic vero, ut apertum calumniatorem tractabat Pufendorfium, (etsi ipse calumniam Pufendorfianæ doctrinæ impactam, de figmento miseriæ in primo homine, eique ab illo toties in os rejectam rursus evomere continuaret:) blanditiis autem erga Seckendorfium nimis indecenter repetitis, tantum non nauseam movebat lectori impartiali. In eo etiam parum prudentem se gerebat, quod Seckendorfii annotationes

tiones ad scriptum Pufendorfianum ipsi, ut monita ibi data in responsione sua observaret, transmissas, ipso inscio simul imprimi curaret, sub prætextu, quod ea paulo tardius & cum ejus epistola jam sub prælo esset, accepisset.

XLII. Erat & alius cliens Sekendorfii, qui & ipse <sup>Pufendor-</sup>  
gratiam Patroni sui merericupiens, sine tamen ipsius con- <sup>fius modestia</sup>  
filio adhibito, jam anno 1687. ediderat scriptum virulentum <sup>admonitus.</sup>  
in Pufendorfium, sine mensura convitia in eum projiciens,  
quod eo securius committebat, quia non apposito nomine  
suo, se latitatum esse sperabat. Sed obscuritas styli, Autori  
plane peculiaris, & quod coram ipso Seckendorfio & huic  
clientibus aliis latere noluisset, Pufendorfio autorem facile  
detegebat \*). Titulus libelli erat: *Samuel Pufendorfius modestie  
cavillatione admonitus.* De controversiis Pufendorfio motis  
in libello altum silentium, ut quæ captum autoris supe-  
rarent.

\*) *Vide infra §. 45. circa finem.*

XLIII. Idem annus 1687. proferebat etiam aliud <sup>Severini</sup>  
scriptum, non minori copia, quam præcedens; sed non cum <sup>Wildschütz</sup>  
tanto lectoris tædio, injurias in Pufendorfium evomens, <sup>Discusio ca-</sup>  
sub titulo: *Discusio calumniarum Samuelis Pufendorfi, indicis* <sup>luminarum</sup>  
*errorum suorum causa, venerabili uni viro indignissime imposi-* <sup>Pufendorfii.</sup>  
*tarum, instituta per Severinum Wildschütz.* Autor ejus erat  
haud dubie *Joshua Schwarzius*, privigni sui nomine in titulo  
abutens. Hic omnium litium, Pufendorfio motarum, pri-  
mus Autor, ægerrime ferens, quod index novitatum jussu  
regio à carnifice combustus, & ipsi sub gravioribus minis  
silentium impositum fuisset, adeoque coactissime tacens, ad  
tot acerbas veritates ipsi à Pufendorfio in singulis scriptis  
apologeticis dictas, & saepius reperitas, illo tempore liberta-  
tem respondendi mira ratione nactus, non poterat diutius  
motus iracundiae retinere, sed eos circiter per quindecen-  
nium

nium utcunque, sed difficillime tamen suppressos, maximo cum strepitu erumpere sinebat. Nimirum cum interea occasione belli Dano-Svecici Rex Daniæ maximam partem Scaniæ occupasset, Schwarzius sibi persuaderi permittebat, ut cives Lundenses publica concione hortaretur, ut victori temporario Regi Daniæ, tanquam Domino superiori tributa penderent. Postea vero hoc à Svecis Schwarzio imputabatur, acsi contra officium boni civis subditos à justo domino seducere tentasset, unde Schwarzius caute in tempore ex Svecia abierat, & post aliquam in aula Danica melioris sortis ac promotionis expectationem Superintendens Generalis in ducatu Schleswicensi factus erat. Cum ergo Pufendorfius in Eride Scandica sæpius facinora Schwarpii vivis coloribus despinxisset, & in præfatione insuper, ultimi facti Schwarziani mentionem parum honestam fecisset, voluit Schwarzius per hoc scriptum famæ consulere, & Pufendorfium, tanquam qui falsa dixisset, convincere. Sed idem fuit fatum hujus scripti ac defensionis Becmannianæ, cuius jam supra §. 26. mentionem fecimus. Nimirum, si tacuisset Schwarzius, plurimi cogitassent, Pufendorfium in describendo ejus stupore ac malitia multa affectui dedisse, ac nævos minores flosculis rhetoricos auxilie. Sed discussione hac emissa, quæ nihil nisi encomia Schwarpii, undecunque emendata & corrafa, misera tamen & prudenti lectori nihil persuadentia, item aperta mendacia in Pufendorfium & in vitæ Schwarzianæ descriptione, quamvis præter intentionem, picturam pedantæ & hæretificis in idea, vivis coloribus adumbratam, continet, cuilibet lectori appearat, non potuisse à Pufendorfio Schwarzium nigriorem describi, quam ipse se hic inscius & invitus descriperat. Et merentur sane scripta Becmanniana, & hoc Schwarzianum, ut in gratiam posteritatis conserventur, & Eridi Scandicæ jun.

jungantur, cum alias posteri possibiliter tantæ stultitiae in istis duobus sociis haudquam sibi sint persuasuri.

XLIV. Ergo istud scriptum Schwarzianum magis risu Nicolai Bec-quam ira dignum videbatur. Et risu etiam dignatus est manni ep-i-amicus quidam Pufendorfianus, (G. T.) sed eruditus, & qui <sup>stola gratu-latoria ad Wildschü-zium.</sup> ingenuo homine non essit indignus. Hic simulans; ac si nomine Becmanni Wildschüzio de devicto & triumphato Pufendorfio gratulari vellet, ita lepide genium Becmanni expressat, ejusque stylum, ita stultitiam scripti Wildschüziani, ad oculum tanquam aliud agendo monstravit, ita satyram in omnes pene omnium facultatum ac scientiarum næ-vos adhuc hodienum in Academiis regnantes, sale & pipere conditam scripsit, ut multi horum gnari fassi fuerint, & ho-dienum fateantur, Erasmi encomium Moriæ & colloquia, item Hurteni epistolas obscurorum virorum, nihil esse ad istum Parmenontis suem. Simili modo in fine scripti exceptus est etiam autor Pufendorfii modestiæ admoniti, & nomine Tobiae de Sartagine indicatus.

XLV. Contentus esse poterat Pufendorfius isto scripto, sed voluit tamen & ipse Schwarzium castigare, atque adeo imitatus amicum, sub nomine ipsius <sup>Josue</sup> Schwarzii <sup>Scwarzii</sup> <sup>dissertatio e-  
pistolica ad</sup> <sup>Sever. Wild-</sup> <sup>schüz.</sup> dissertationem epistolicam ad eundem Wildschüzium scripsit, in qua quidem multæ circumstantiæ ad vitam Schwarzii & historiæ sociorum pertinentes continentur, scitu non injuncundæ, interim tamen cum Pufendorfius hic genium suum ad inconsueta applicare voluisse invitum, scriptum hoc, ne dimidiam quidem gratiam, apud lectores inveniebat quam præcedens. Erat enim genius Pufendorfii ita comparatus, ut suam personam si ageret, scripta ejus summa cum delectatione legerentur: Quodsi aliorum personas exprimere vellet, etiam amoenæ alias cogitationes, amitterebant pristinam gratiam. Inserta est huic Epistolæ (D. 4. b. usque

Q

E. 4.

E. 4. b.) elucidatio Disputationis Josuæ Schwarzii, de notis veri & falsi Doctoris, in qua Pufendorfium ex insidiis aggressus erat, Pufendorfius autem in ista elucidatione responderat. Etiam epistola Alberti ad Seckendorfium supra recensita in hac epistola Schwarziana pro merito excipitur, Seckendorfius autem, inter quem & Pufendorfium jam tum ab Amicis communibus amicitia tractabatur, rogatur, ut certamine hoc exesse velit, nec reliquis veteranis ducibus prærepta loci prærogativa, præjudicium amplius creet, gratiis tamen actis, pro studio in partes Schwarzianas oblataque opera, ac promissa sepositione eximiae portionis, si præda inter socios aliquando divideretur. Sed & ista superior (§. 42.) modestiæ admonitio Pufendorfii castigationi conjuncta (J. 3. a. b.) cuius autor ex fama refertur quidam *Sibota Napfnerus* (i. e. Tobias Pfannerus) autori suo bene scalpta & lota remittitur, & Slevogtus Jenensis (J. 4.) nescio quibus sapientum judiciis ex Parnasso partem spoliorum ex lite cum Pufendorfio ambiens, sua portione, quamvis modica domum ablegatur. Denique Hartungus Diaconus Wittebergensis, qui illo tempore pro concione dixerat, non mirandum esse, quod quidam melancholicus illo tempore laqueo gulam sibi fregerit, quia videlicet Pufendorfii libellus de habitu religionis ad Rempublicam in ejus Alberti iudicium de nupero scripro Pufendorfiano. toga inventus fuerat, brevissimo monito dimittitur.

**XLVI.** Atque sic depugnatum videbatur ab utraque parte, cum vix restaret, quod de novo dici posset, & hactenus non fuisset utrinque dictum; sed Albertus tamen convenientius statui Paradisiaco esse arbitrabatur, ut ipse ultimus esset, qui publice loqueretur, & adversario insultaret. Cum tamen sentiret, tractatus pacis inter Pufendorfium & Seckendorfium pene ad finem pervenisse, properandum sibi esse putabat, eodem anno 1688. *iudicium endens*

dens de supero scripto Pufendorfiano, quod differentia epistolica D. Josua Schwarzi ad Privignum suum inscribitur. Interim revera hic nihil fuit dictum de novo, quod non ante plures fuisset inculcatum. De stylo vero & animo autoris, vel ex initialibus verbis loci ex Hieronymo in titulo operis posse judicare poterit lector: *Conscientus es, quod volebas;* *Nobilis es factus in scelere;* &c. Scilicet videbaritur autori Hieronymi quam Christi verba aptiora esse ad bellum secundum normam status integri finendum.

XLVII. Quamvis vero Albertus ita apud stipendiatos Lipsienses consequeretur gloriam ultimi ictus, adversario illati, plus tamen perdebat, scilicet gratiam & amicitiam Seckendorfii. Hic non sine ratione ægre ferebat, quod intempestivis illis & adulatoriis encomiis Albertinis litigio huic plus quam vellet immixtus esset, & quod Albertus ipso incito, & non rogato, animadversiones ejus in scriptum Pufendorfii, durioribus subinde expressionibus utentes, impri-  
mi curasset. Ergo ab illo tempore animus ejus ab Alberto incipiebat esse alienior, & non ingratum ipsi erat, quod amici communes litem suam cum Pufendorfio compone-  
rent. Accedebat, quod cum Seckendorfius Halam voca-  
retrur à Potentissimo Rege nostro, ut novæ Academiæ Can-  
cellarius esset; opportunior se offerret occasio, amicis com-  
munibus, ut Berolini, quo profectus erat Seckendorfius,  
amnestiam inter ipsum & Pufendorfium neutri parti puden-  
dam firmare possent. Sentiens hæc omnia Albertus, atque  
animo suo volvens, se ira solum relinquī, ac jure metuens  
acrem responcionem, quam iphus ultimum scriptum me-  
ruerat, omnem movebat lapidem, ut in ista sive pace sive  
agmœstia & ipse comprehendenderetur. Neque hic difficultem  
se præbuit Pufendorfius, partim tricis illis fessus, & ad ne-  
gotia publica destinatus, partim expendens, à sapientibus

pro prudentiore haberi eum, qui primus taceret. Ergo sic tandem & istud iurgium fuit finitum.

*Institutiones  
Jurisprudentiae  
divinae.*

XLVIII. Accedebat & alia status Albertini ratio, quæ ipsi valde suaderet, ut cum Lipsiæ haberet, quod ageret, Pufendorfii silentium tantopere expeteret. Scilicet edidem eodem anno 1688, *institutiones Jurisprudentiae divinae*, in quibus in primis operam dederam, ut in libro primo Pufendorfii doctrinas vindicarem ab insultibus omnium ejus adversariorum, maxime vero ab insultibus Albertinorum, etsi in prima illa editione neminem nominassem. Graviter id ferebat Albertus, & omnem movebat lapidem, ut me ex patria expelleret. Cum tamen simul in iisdem institutionib[us] Jurisprudentiae divinae primus legem divinam positivam universalem stabilivissim, nunc vero eam iterum, ex justis rationibus destruxerim, convenientior se offeret occasio, persecutio[n]es meas in patria, & quomodo hic se Albertus gesserit, suo tempore & loco, in historia juris divini positivi universalis, fusius recensendi.

*Pufendorfii  
epistola gen.  
rularioria ad  
Albertum.*

XLIX. Interim Albertus desiderans, ut publicum aliquod testimonium extaret, quod Pufendorfius ipsi reconciliatus fuerit, hunc anno 1690, invitaverat ad nuptias filiarum suarum, & carmen gratulatorium ab ipso experierat. Sentiens Pufendorfius, qua de causa id fieret, epistola falsa, & multo pipere condita respondebat, hoc pacto putans fore, ut Albertus eam non curaret imprimi. Sed maluit tamen Albertus suo affectui indulgere, ac eam epistolam publicavit, quam etiam in posteritatis gratiam conservavi, in cogitationibus meis germanicis mense ultimo anno 1689. p. 1057. seqq.

*Alio via due  
occultiores  
adversario-*

L. Victoriam Pufendorfii ægre terentes ejus adversarii in posterum cautius sibi procedendum esse arbitrati sunt, dupl[icem] adeo eamque diversam plane & adversam sibi

fibi viam eligentes. Alii enim jus naturæ ejusque studium <sup>rum Pufen-</sup>  
in signiter commendantes, Grotium tamen ex manibus stu-  
diosæ juventutis non esse extorquendum strenue defende-  
runt, aut facto suo approbarunt. Alii contra omne stu-  
dium juris naturæ noxium aut inutile esse scriptis defende-  
runt, intendententes utrobique, ut hoc modo doctrina juris  
naturæ à Pufendorfio proposita, aut ab aliis postea hinc in-  
de emendata suppresseretur.

LI. Prioribus præiverat Albertus, eamque in rem *Vel com-*  
notabilis est locus in Pufendorfii specimine controversia-*mendando*  
*rum cap. 4. §. II, p. 85. seq.* Inde exponit Albertus, qua via *studium ju-*  
*ipse tanto malo mederi consenserit, ut nempe jus naturæ cum sua* <sup>ris natura,</sup>  
*orthodoxa fide in gratiam reduceret.* 1. Ut disciplina juris na-*sed nimis fi-*  
turæ & gentium studiosæ juventuti maximè commendetur <sup>mul com-</sup>  
& inculcetur. Addiderim & ego; eidem sanctè confirman-*mendando*  
dum, quam bone frugis eam inde bausturam, quam ex affinis sui  
(Scherzeri) Aurifodinis, Manualibus, Opera Pretiis Orientalibus  
& Occidentalibus, ipsoque, quo nominato Priscianus semper rina-  
gitur, Vademecum. 2. Grotium manibus juventutis extor-  
queri nec posse, nec debere. Valde obesa maris vero oporten-  
ret esse, qui deprebendere non posset, hoc axiomatic id agi, ut  
juventus à meis scriptis arceatur. Abi, si Albertus nosset, quam  
parum mea interfit, an ab ipsis hominibus mea legantur, minus  
auxili dictatis & collegis suis Vel themi que manuscripsi mecuer-  
ret. Quicquid tamen de meis libris fiat, id salva veneracione,  
qua Grotianum ingenium apaque prosequor, dicere mihi fas est,  
cum Grotius maxime prefabilem quidem operam in jure natu-  
ra eruendo & digerendo posuerit, ut tamen neque omnia, qua  
ad eam disciplinam pertinent, attigerit, aut plenè satis dedu-  
xerit, neque in iusta formam artis id jus disposuerit, & prater  
admixta multa heterodoxa materiam de bello fusius tractaverit,  
quam in generali disciplina requirebatur: nihil sancta causa ap-  
paret,

paret, quo minus & possit & debeat juventus disciplinam istam ex aliis autoribus haurire. Qui tamen omnes, cum non possint non subinde lectors ad Grotium, tanquam qui primus glaciem hic fregerit, remittere, huic semper bonos atque existimatio sua salva constabit. Revera igitur insitum Alberti hunc producere effectum est idoneum, ut disciplina juris naturalis nunquam ad plenam perfectionem adsurgere queat, usque adeo ex Grotianorum quidam Magister sententiarum evadat, qui à variis vario modo frustulatim concisus, edisceratus, extorsuatus ac diversicoloribus velut jusculis commentariorum, notarum, observationum, animadversionum, compendiorum, tabellarum & analysis per quicquid, atqui, ergo, (quod pedanticissimum ferculum est) perfusus atque adornatus, juventuti proponatur; cui bac persuasio animo sit infixa, apicem scientia bujus sece attigisse, si textum Grotianum utcunq; intelligat, sicuti, postquam schola Aristotelem in oraculo dicente adorare cœpissent, exinde omnis philosophantium labor circa consarcinandos commentarios in Aristotelem absuntus fuit, & nisi hoc demum seculo egregia quedam ingenia istud servitum ejerare ausa fuissent, per octoderim amplius secula adhuc solida rerum scientia ne latum quidem unguem promovisset. &c. Scilicet & is fructus erat hujus methodi, ut doctrina i scholasticorum de actibus per se honestis & turpibus, quam Grotius cum doctrina de socialitate coniuxerat, saltem aliquo modo à plenario interitu conservaretur; utque commentaria in opus Grotianum scribentes, & tamen prudentia juris naturalis destituti, non plane obmutescerent, sed occasione obscuritatis Grotianæ, aut immixtarum questionum theologicarum ex aliorum glossis saltem aliquid differerent; denique, ut studiofa juventus, finitis collegiis in Grotium, aut finita lectione tabularum, synopseon, notarum variarum in opus Grotianum, incertiores inde recederent, quam accesserant, & ita auto-

autoritas doctrinarum receptarum, & veterum Doctorum utcunque farta teftaque maneret. Huc pertinent Tabulae in Grotium Philippi Mulleri; Klenckii, Simonis, Sverri, Schæfferi, Vitriarii, compendia in Grotium, Becmani, Tesmari, Obrechti, Gronovii, Gerhardi von der Meulen &c. notæ in Grotianum opus, Kulpisi Collegium Grotianum, Hedingeri Sicilimenta philosophiæ juris ex Grotii opere, versiones Grotii, in idioma Gallicum, & Germanicum. Non tamen confundendi sunt illi, qui ante Pufendorfium talia ediderunt cum iis, qui post ejus scripta adhuc continua- runt ejusmodi labores. Ex his posterioribus forte quidam etiam magis gustui suo inservierunt, quam ut ex invidia in Pufendorfium id facerent. In primis Kulpisi Collegium Grotianum valde commendandum, partim ob brevitatem & perspicuitatem, partim quod controversias juris naturæ succincte proponat, & erudite definiat; partim quod ipse Kulpisius, dum simulat, quod in Grotium commentari ve- lit, subinde tamen noviores doctrinas Pufendorfii introducat & defendat. Obrechti vero notæ Tesmari editioni operis Grotiani junctæ, ut tanto viro dignæ non sunt, ita valde verosimile est, vel editorem nomine hoc præfixo le- torem decipere voluisse, vel Tyroni cuidam ad percipiendā ipsa arcana juris naturæ nondum apto, Grotium saltem logice fuisse ab Obrechto resolutum, aut ab hoc illa leviora saltem ex discursu Obrechti annotata esse.

LII. Qui studium Juris naturæ oppugnarunt vel oc-  
cultè id fecerunt, vel aperte. Occulte, qui studium Juris na-  
turæ commendarunt quidem, sed eum in finem saltem, ut  
doctrina juris naturalis designetur ex disciplina Christia-  
norum. Huc pertinent tres dissertationes Johannis Ludo-  
vici Presbitteri, potissimum Secunda & Tertia anno 1688. & 1689.  
Vel oppu-  
gnando stu-  
dium juris  
nature. Pra-  
scribit scripta  
buc peri-  
nentia.  
editæ:

*editæ: De lege charitatis* commentatio, ad Grotii opus de jure Belli & Pacis. *Designatio juris naturalis ex disciplina Christianorum: Disquisitio nova & necessaria de Jure Gentium maxime Christianarum.* Recensui eas; ac inconvenientiam propositi ostendi ac ad replicas Praschii respondi in cogitationibus menstruis Germanicis anni 1689. mense Februario, Martio, & Aprili p. 79. seq. 206. f. 295. f.

Autor der ersten Entdeckung des Rechts und Rechts.

LIII. Aperte oppugnavit disciplinam juris naturalis anno 1704. tenebrio quidam *anonymus*, in der ersten Entdeckung *Recht und Recht.* cap. 2. cuius rubrica est: *De Jure naturæ & ejus abusu*, qui in eo totus est, ut *ex principiis Theologiæ* cuiusdam pseudomysticæ, rectam rationem, & *ex ea deductam* disciplinam juris naturalis, conquisitus undecunque variis ratiunculis supprimat, & Dd. juris naturalis, Pelagianismi, Naturalismi, Scepticismi & Atheismi per evidentem calumniam suspectos reddat. Quod scriptum uti infinitis contradictionibus repletum est, ita hactenus eum, quem frustra quæsivit, applausum non invenit, nec responsonie ulla dignum est, sed relinquendus est autor *judicio Dei* \*) & insanienti suæ sapientiæ. Inventus tamen est alius *anonymus*, qui eodem anno innocentiam & necessitatem juris naturalis & doctrinæ ejus, adversus istum lucifugam etiam in idiomate Germanico modeste & solide demonstravit, ac in fine scopum prioris scripti, scilicet dominatum in conscientias satis evidenter detexit. Ignoravit tamen hic autor & alium scopum illius lucifugæ. Nimirum Potentissimus Rex Borussiæ in statutis Facultatis juridicæ Hallensis cap. I. §. 7. etiam doctrinam juris naturalis facultati nostræ vindicavit, his verbis: *Porro, cum professio iuris naturæ & gentium à Facultate Juridica separari nequeat, utpote quod exinde, tanquam ex Jurisprudentia universalis potissima Juris Romani fundamenta dependeant, eaque propter e re*

*enpi-*

*capida legum juventutis sit, ut bis studiis probe instruatur, arte  
bistro collegii juridici relictum esto, cui pra aliis bac professio  
sit injungenda.* Atque hoc sapientissimi nostri Regis institu-  
tum inaudita audacia traducere & refutare voluit iste te-  
nebrio §. 29. p. 93. seq. tantum non ipsa verba statiti illius  
germanice redditia adducens. Wann aber eingewendet wird,  
dass man doch in der Jurisprudenz dieses Recht der Natur gar  
nützlich gebrauchen könne, so scheinet solches von grosserer Erheb-  
lichkeit zu seyn, sitemahl das jus privatum aus dener principiis  
des natürlichen, Völker- und Bürgerlichen Rechts genommen,  
und daher ohne Wissenschaft des natürlichen Rechts nicht kan  
erkläret werden. Es dient aber darauf zu wissen, dass zwar das  
jus privatum aus dem natürlichen Recht genommen, indem in-  
sonderheit die Pandecten aus den Schriften der Heydnischen JCto-  
rum gezogen, welche nicht anders als nach dem Licht der Natur  
haben schreiben können, daraus folget aber nicht, also muss das  
Recht der Natur das einige Fundament unserer Jurisprudenz  
bleiben. In einer Christlichen Republique soll billich die h.  
Schrift das einige Fundament und Principium der Jurispru-  
denz seyn, weil der Hauptzweck der Jurisprudenz ist, dass Recht  
und Gerechtigkeit in aller Welt möge gehandhabet werden, wel-  
ches, wie es in Wahrheit geschehen müsse, die h. Schrift viel  
deutlicher, als das Recht der Natur anzeigen. Was aber  
die interpretation der Gesetze betrifft, so ist wieder zu beden-  
cken, ob wegen der einigen materie de interpretatione nd-  
thig sey, denen Studiosis das ganze Jus naturæ weitläufig  
und systematice vorzulesen. Kan nicht gar leichtlich ein Pro-  
fessor, wenn etwa ndthig einen legem ex jure naturæ zu il-  
lustriren, solches mit zwey Worten ohne Umbeschweiff thun.  
Auch die ganze Materie wie die Gesetze zu interpretiren, kan oh-  
ne viel Mühe in wenig Grund-Sätzen vorgetragen werden, dass  
es daher nicht ndthig, die Jugend auf, und zu accurater Erler-  
nung

nung des Juris naturæ, wie solches in Form einer disciplin vorgetragen wird, anzuholen. Hat dann nicht schon ein jeder das Licht der Natur bey sich, oder muß es ihm der Lehrer allererst geben. &c. Wie nun aber ein Gesetze aus dem andern zu erklären, vergleichen, wie diejenige Gesetze zu erklären, deren Verstand undeutlich und zweifelhaftig ist, das fließet zwar aus dem natürlichen Verstand, aber es kan solches der Jugend in einer Stunde gezeigt werden, daß man deshalb das weitläufige studium juris naturæ nicht nöthig hat. Nescias quid hic magis mirari debeas; hominis effrenem audaciam, an Facultatis Juridicæ silentium & patientiam. Sed cui arcana illorum temporum nota sunt, facile mirari desinet. Interim floret per Dei gratiam florebitque in hac Alma nostra studium juris naturæ, non obstantibus latratibus paucorum, qui sub larva simularæ pietatis hactenus per breve temporis spatium incautis imposuerunt. Ut adeo de alio æque insulso scripto, quod idem tenebrio terræ detectioni illius Urim & Thummim inseruit, ubi pariter jus gentium cap. 2. p. 36. seq. calumniis firmilibus impudentissime traducere voluit, vel verbum addere non sit opus.

\*) Quod quidem, dum ista scriberem, nec prævidere poteram, nec Autori optabam; quamvis eventus sepe mihi occasio nem dederit meditandi dictum Prophetæ: *Justus es, Domine, & justa sunt judicia tua.*

F I N I S.

APPEN-

# APPENDIX I.

**D**ixeram suprà cap. ult. §. 5. quod Jcti Argentoratenses ægre tulerint, quod Bæclerus Hugois Grotii opus de J. B. & P. studiosæ juventuti commendaverit. Postea in dissertatione de emendatione administr. justit. non impossibili sed difficulti §. 25. sequentia ea de re distinctius annotaveram. Exalaveras bæclerus ab Academiis, etiam statuum protestantium, vera & germina philosophia de moribus, cuius potissima pars est doctrina de differentiis justi & injusti. At post annum 1660. incipiebat in Academia Argentoratensi I. H. Bæclerus Grotii libros de jure Belli & Pacis cum magno applausu studioorum juris explicare: ægre boc ferens Rebbanius, Jctus illo tempore celebris, in programmata, nomine Facultatis Juridice anno 1663. edito graviter in hunc conatum in vectus erat, timens, ne premium juri Justinianeo detraberetur, & loco juris certi introduceretur equitas cerebrina & jus incertum. Huic programmati Anonymus sub siculo: Coll. Gell. censura programmatis, Argentorati d. 7. Dec. A. C. 1663. editi seu vindiciae pro studiis civilibus, veraque juris prudentia, acrem censuram opposuit, in qua falso ostendit, sequestrationem studiis juris naturalis potius leguleios aut rubulas facere cum multo justitia damno. Vero simileter ipse Bæclerus istius scripti autor, Collegii Gelliani, tum Lipsæ florentis nomine, cum bona pace collegarum, & precipue Ziegleri, (qui & ipse inter primos fuit, qui Grotium prælegit, & in eum commentarius est) usus fuit, ut vindictam Rebbani evitaret. Unde nec locus impressionis, nec bibliopolæ impensis fermentis nomen adjectum fuit. Cum igitur ista censura ob dictas causas rarior sit, & ad illustrandam historiam juris naturalis non

parum conducat, putavi non injucundum fore, si eam hic appendicis loco adjiciam.

## CENSURA.

Prodiit Argentorati, ante diem VII. Decembris, anno superiore, Programma. Neque enim nominis controversiam illi movebimus, etsi programmata litteratis tantum usus tribuat. Est autem certe indoctum, improbum, dupondio dignum. Invitare debuit cives Academicos ad concelebrandum actum doctoralem. Sed revera deterret, abigitque, non invitat. Nec tamen id mirum cogitantibus, etiam in fabulis leonem asini buccinatoris voce animalia evocare. Summa inauspicati præconiū est, exagitatio foedissima prudentiæ civilis, Juris publici, æQUITATIS JURISQUE NATURALIS, & antiquitatum Patriæ. Quæ profecto & insignis impietas in Deum, scientiarum ac rerum istarum fontem; & contumacia in leges Academicas, quæ studia illa commendant, sanciunt, ordinant, & ingratæ mentis nota in hos, qui maximo humani generis bono primitus tradiderunt; & injuria docentium pariter & sectantium; fraus imperitæ juventutis, cui salutis suæ & publicæ munimenta dolose subtrahuntur; & dedecus jurisprudentiæ, ipsiusque adeo præconis. Ac proinde non dubitamus, laudatissimam Rempublicam Argentoratensem, officii sui ultro memorem, æternis tenebris damnaturam esse infastam cartam, & silentii pœna impofitaram audaciæ modum. Interim & stylo reprimenda est protervia: quo & perniciosi errores, cum programmata late jam sparsi, diluantur, & contemtores litterarum infamia publica notentur. Aggredientibus itaque propositum scriptum, occurrunt in ipso adito superbi auctoris tituli.

DECANUS, SENIOR.

Quis hoc suspicaretur, nisi ipse nunciaret? aut quis  
ex

ex programmatis *oūsātis*, reperire posset? Decanus ergo est, non tam merito suo, quam beneficio ordinis. Decanus est, non honestiore illo sensu, sed quo ipius voluit, *veterularum incubum* facetissime interpretatus. Senioris dignitate existimationem suam apud nos non auget. Nam fortuna & ætas, per quæ talis est, nihil in se laudis habent: accedant alia necesse est. Non paucos videbimus, annis & cæsarie senes, pueros animo & doctrina. Erubescere debuit, conscientia inscientiae suæ, & in melius consilia referre, cum scriberet hunc titulum: nisi invictissimæ esset frontis, & suæ pariter existimationis prodigus, & alienæ. Quid enim sequitur?

### DOCTORES ET PROFESSORES FACULTATIS JURIDICÆ.

Sed heus, Decane veterularum, cur ad robur malitiæ tuæ comparandum, Amplissimi Collegii Juridici nomine abuteris? An æquo animo passurum hanc injuriam putas? An contraire molitionibus tuis non ausurum? si nescis bone Vir, antea tibi sunt scribenda, quæ non dédeceant totum ordinem, aut non vocandus ille in societatem criminis & infamiae. Ominis de cetero plenum est, aut altioris consilii, quod Doctores & Professores seorsim nominans, ex hoc numero se excludit. Cum adjectione vocis reliqui, aut similis, semet includere si voluisset, facile potuisset. Scimus namque & alias de meritis suis candidissime inter familiares eum judicare, & quam nulla sua spe in ordinem illum sit adscriptus, mirantibus narrare. Quæ cum & nobis plane persvadeat, non appetet, cur in periculosa potius litem descendendum sit, quam utraque manu accipienda simplex hominis confessio.

### IN ALMA HAC ARGENTORATENSIUM STUDIORUM UNIVERSITATE.

Elegans Academiæ *πισιφατη*: cuius tamen mox obliviscitur, dum ejectis in exilium tot nobilibus disciplinis, ex stu-

diorum universitate paucitatem nobis reddit. Et hæc de titulis, qui Arcadem nostrum, velut pellis lenonina, ornant. Nunc ad declamationem ipsam : cuius principium sane magnificum incipit ipsi à simili.

### AEQUE AC ILLI, QUI SOLI LUMEN MUTUARE PRÆSUMUNT.

Quam veremur, ne critici postremæ huic voci bellum moveant; adeo comparet loco alieno, & absurdæ habitu. Sed quare tandem, qui civiles colunt artes, lumen soli fœnerare conantur? An quod sine doctrina perse ipsæ cunctis patent? An quod satis superque hodie sunt exultæ, & ad fastigium perductæ, ut adjici nihil queat? An, quia Jurisprudentia, tanquam sol, his adminiculis nihil egeat? Neque enim *αιταπόδοσις* cum similitudine ipsa dilucide connectere, aut rationem ejus explanare, infantia homini permisit. Sed quodcumque horum dixeris, falsum dixeris. Neque enim, quod ad primum pertinet, prudentia civilis esset prudentia, si cunctis per se innotesceret: tum, quot homines, tot darentur Reipublicæ moderandæ artifices. Jus publicum, pro diversitate locorum adeo diversum, sine studio sciri ab omnibus, aut nobiscum nasci, nemo affirmantib[us] credat. Naturalis vero juris, si tam obvia est cognitio, etiam post amissam primi temporis sanctitatem, integræ sunt hominis vires: quod Pelagianismum redolet. Sin minus sunt, uti quidem exemplis totarum etiam gentium liquet, multa certe industria & ingenio eruendum illud est à doctioribus, & tui similibus per modum scientiæ insinuandum. Jam antiquitates sine antiquorum assidua lectione nulli per somnium patefieri, vel Programmatistæ exemplo orbi constat. An ergo perculta hodie penitus sunt illa studia? An augusto quodam seculo degimus? *Omnia jam vulgata?*

gata? Nihil dici posset imperitius, aut ad ingeniorum excitorum imperius retundendos efficacius. Quanto aliter sentiet, qui nostra cum veteribus accurate contenderit? qui excusis singulis, immanes hiatus, relictamque acutis infinitam gloriae materiem, vel ipse observaverit; vel indicantibus passim eruditis crediderit? sed pudet certe, his tam claris immorari. Qui fruges ignorant, illis etiam glandes sapiunt. Ac licet obtineret, quod vellat, praeco; num inde condiceretur, non esse amplectenda studia illa, vel docenda? quo ad priscam scilicet barbariem recidant. Non intelligis, homo lepidissime, quantopere pertimescendum sit jurisprudentiae hoc argumentum? Attu hoc dicebas, facile carere juris studium his adjumentis; quibus impediatur nempe magis, quam expediatur. Scite: tanquam jurisprudentia sit ultimus hominis finis, ad quem referre omnia conveniat. Esto, non indigere eam his artibus: Ergo projicienda sunt, & aspernanda, ut alium non habentes usum? Sed vide, quam operose nugas agas. Jus publicum, alteram & principem jurisprudentiae partem, obscuras: æquitatem & jus naturæ, id est, ipsa legum fundamenta, subruis: cognitionem antiquitatis, sine qua tenebricosa ut alia omnia, ita & jus Romanum, ipsum quoque antiquum, antiquare *presumis*. Quantulum est, quod relinquis jurisprudentiae? At non ita certe animati jure consulti veteres; qui *Philosophiam*, eamque veram non simulata, affectarunt, & affectare docuerunt; duasque juris studii positiones inculcarunt, *publicum & privatum*; passimque in varia eruditione vestigia ponunt, & jus vetus novo jungunt. Quorum tu nihil habes, discipule degener, præter inane nomen explicandi fastus cui instrumentum. Sed pergamus tandem ad reliqua.

MERI.

## MERITO QUOQUE ASPERNANDI SUNT.

Plenius loqui amat, quem ipsæ res deficiunt. Aspernari autem, pro autoritate sua, jubet Prætor. Neque enim satis dicturus sibi videbatur, finis sectari aut negligere juberet, graviora meritos. Quibus sane verbis suspicionem cultarum ab se scientiarum, quarum indicem subtexit, omnem removit. Jubet enim magno animo contemni: at se ipsum utique despici nemo postulat: Quinam vero illi sunt, quos aspernari debemus? nempe frivolas aut infames uti que exercent artes. Imo alii demonstrantur.

## NOVI ISTI CIVILIS, QUAM VOCANT, PRUDENTIÆ (SORDET ENIM JIS- DEM JURISPRUDENTIÆ NOMEN) SECTATORES.

Novos dicit: an quia prudentiam hanc excogitarunt nuper, veteribus ignotam? An quod jam olim cognitam, novo ac portentoso modo tradunt? Elige, ex utro mendacii reus fieri velis. Nam si ideo tibi novi, quod ingeniose exornant, & amplificant; verendum, ne quis te pessimæ notæ hominem prædicet, qui laude digna, rubiginoso dente petas ac vituperes. Deinde, *quam vocant*, inquit: puto; quia barbarum est, prudentia civilis. Incerti autem ferimus, Politicisne, quos vocant, an Jureconsultis alludat hæc oratio. Si enim cogitamus, prudentiam civilem intelligendam esse de prudentia juris, juxta novum hunc interpretem; in eam venimus opinionem, ut hujus sectatores pipulo differri à jocante satyrisco existinemus. E contrario, si putamus nobiscum, non cadere tantam insipientiam in tantum virum & justitiæ sacerdotem, ut se ipse, instar Polypi, ac suos velit rodere, & ponat, quæ mox destructurus sit; non possumus non ad Politicos hæc referre: quod & verius videtur. In arca-

arcani scilicet habent multi, confidenter reprehendere, quæ nesciunt, ut consueto consilio nescire videantur. Quæ autem furiæ (nam libere loquendum est) inquietant hominem? cur tollit è Republica scientiam, tantopere continentæ illi necessariam? cur septum, quo disternitur forum à consilio publico, docuit, & in unum cinnum omnia confundit? similis plane est muscæ, quam splendor lucis, quem ipsa non capit, insanire facit, & dum extinctum optat, alas misere amburere.

*Ac veluti magno in populo, cum sepe coorta est,  
Seditio, sicutque animis ignobile vulgo.*

à procerum cæde fit initium: ita hic Enceladus, terræ cœlum permisturus, reginam scientiarum gradu primum dejicit, secuturas ultræ cæteras sperans. An perswasum fuit homini ineptissimo, jurisprudentiam, velut Delphicum gladium, quibuscunque negotiis conficiendis esse accommodatam, ac per se sufficientem? In eos nunc aciem vertit, qui naturam æquitatis & *ανομίας*, ex altioribus principiis ducent; & jus naturæ, id est, Dei, præsidiis paulo amplioribus, quam vel gentium, vel regnantis barbarie tempore, tractant. Neque enim obscurum est, quo tendat, aut quid mordeat hominem.

### ÆQUITATIS VENUNDATORES.

Et ipsi scilicet novi. Apparet in ea miserum versari opinione ac metu, excolendo jure naturali, civile obumbrari & negligi, uniuscunque incrementum diminutionem esse alterius. Non est ita. Jus naturale ad civile ultero, quasi manu, dicit, ac præparat animum futuri Jureconsulti instruitque, & à divinis ad humana, ab universalibus ad particularia, naturali quodam ordine dimittit. Si clarius scire vis, Boecote, quid civili juri præstet intelligentia naturalis, fanciendum subministrat, sancitum confirmat, obscurum

S

ex.

explicat, injustum corrigit, immite temperat, deficiens supplet. Denique scire ipsum per se pulcrum est, nec arbitrii nostri sed necessitatis. Sicut enim civis non est, qui leges civitatis non agnoscit; ita nec homo, qui insuper habet leges, naturae humanae ab ejus conditore, partim per dictata rectae rationis, quae nunquam fallit, partim per decalogum, uberrimamque divinarum scripturarum interpretationem, datas. Olim pro certissima regula & traditum est & habitum, *ubi definat Etbicus, ibi incepere Jureconsultum*. Quam sententiam non ita credimus accipiendam, quasi in hac palæstra satis desudaverit Jurisconsultus, si definitionem ethices, undecimque virtutum, & harum extre- morum, in numerato habeat; gnarus etiam, quid justitia universalis, quid particularis; quid proportionio arithmeticæ, quid geometrica: quod quam parum conferat de jure respondentí, sine ullo perspicillo omnes vident. a) Sed hoc

a) Reete hæc monentur. Et tamen communiter haec tenus JCti, etiam Protestantes, usque ad tempora Struvii in explicando titulo Institutionum vel Pandectarum de justitia & jure grillos Philosophiaz Aristotelicaz de justitia universalis & particuliari, item proportione Geometrica vel Arithmeticæ immiscuerunt, cum tamen ad nihil magis quam ad obscurandas doctrinas perspicuas apti sint. Et præterea JCti Romani, quorum fragmenta extant in Pandectis, non Aristotelici sed Stoici erant, grillos istos ignorantes, vel contemnentes.

voluerunt prisci, per immensa honestatis jurisque natura- lis spatia longo tractu excurrentem illi esse, evolvendos que humanorum actuum finus, qui in studio legali operæ pretium facturus sit. Non est ullus Jure Consultus paulo clarior, nec inter veteres, nec juniores, quin plurimum hujus juris intellectui debeat, eoque maximam operum partem impleat, etiam cum hoc se agere nescit, Quod si tantum

tantum s<sup>e</sup>pe adipiscuntur nomen, qui sola ingenii bonitate, quid naturaliter justum & injustum sit, dignoscunt: quantam illi emerentur laudem, qui in parte disciplinæ solidæ hæc acceperunt? Andabatarum igitur more pugnas, dum juris naturalis consultos cum legum civilium interpretibus committis. Quasi illi dicerent, à lege scripta recedendum esse, propter quamlibet rationem naturalem. Sed ubi desinit jus civile, non sane infinitum, aut jus amplius non est, ibi incipit naturale: cujus notitia non ad usum fori modo, sed ad omnem vitam ordinandam & tuendam, gravissimis momentis pertinet: adeoque certis & immotis nititur principiis, ex divina mente expressum, quam scientiæ contemplativæ. Et hanc ob causam *semper firmum & immutabile permanere*, ex Institutionibus Justinianeis scire poteras. Sequitur in prætorio edicto alia spernendorum natio.

### MORUM PATRIÆ ANTIQUORUM ET ANTIQUATORUM BUCCINATORES.

Ad contemptum omnia describentis verba sunt composta: ut, quod præceperat, statim ostenderet exemplis. Nisi autem fallimur, partim historiæ, partim eruditionis (ita enim absolute vocant veteres disciplinam illam, quam tam constanter odit noster) jugulum hæc petunt. Et ut antea novatoribus, ita nunc antiquariis sanguinem mittit, qui ne eadem pateretur, & antiquis abstinuit & novis. Quo adducimur, ut credamus, si Lipsius inter mortales adhuc ageret, non usurum amplius symbolo, *moribus antiquis*: ne per imprudentiam receptaret, quibus aqua & igni interdixisset prætoris nostri sapientia. Ac ne putes, de gentium *moribus* ad nos nihil pertinentium agi, sermonem diserte concipit, de *moribus patriæ*, id est, Germaniæ: quos in-

tercidere & ignorari, utilissimum illi censeret. Si licet inquire in rationem, tam notabilis legislationis, quatuor maxime rebus permotum verosimile est: sicut ipse partim indicat. Primo illo, quod descendit, docendique labor non parum ea re expediretur ac minueretur: deinde, quod illic, qui rerum Germanicarum notitia clarent, hac ratione defuturum esset, quod contumeliose objicerent senibus imperitis, studiorumque seris: tertio, quod isti mores antiquati ac desiti, nec fas ab inferis revocare mortuos: postremo, quod in agendis rebus, vel ad usum, vel ad decus, nihil proficiunt; speculatione vero supersederi optime potest. Nihil est, quod his talibus nunc opponamus, praeter stultitiam Augusti Principis: de quo Sulpitius Carthaginensis:

*Jusserat bac rapidis aboleri carmina flammis,  
Virgilius, Pbrygium qua cecinere ducem.  
Tucca vetat, Variusque simul: tu, maxime Cesar,  
Non finis, & Latiae consulis bistoria.  
Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni,  
Et pene est alio Troja cremata rogo.*

Quæ ludibundus aliquis hunc in modum possit imitari:

*Jusserat antiquos patria contemnere mores  
Perdix, b) dum secum cuncta perire cupit.*

b) Perdix, Germanice Rebhuhn. Unde constat, hoc programma à Rebhahnio esse confeatum, vel certe ejus iussu, & Bœclerum esse Autorem hujus censuræ, Conringio quoque forte non contradicente, quamvis hic saltem à Bœclero cum insinem videatur esse allegatus, ut plures Rebhahnio excitarer adversarios.

*Tu, melior Bœclere, vetas: Conringius aufer  
Non finis, & patria consulis bistoria.*

*Infe-*

*Infelix gemino cecidit prope funere virtus,  
Et tumulus nostros obruit alter avos.*

### INPRIMIS VERO JURIUM PUBLICORUM.

Quid hæc, amabo, sunt comerita, ut validius certis sperni debeant? An non scriptio status publici, in quo recumbit omnium salus, publico jure comprehenditur? Sed heus, tibicen, ad incudem: civis netu es & Jurisconsultus? & juri publico vis funus ducere? & consefctari e-jus professores? vel illos potius, quorum auspicio, iusflu, & auctoritate isti profitentur? Non inultam certe abire patientur hanc injuriam, *dabis, improbe, panas.* Neque enim hæc jocando vindicari volunt. Sed mirum, nisi hoc quoque nomine prudentiam civilem designare voluit stupor. Et haec tenus communiter in civilia studia peroravit: Nunc singillatim quædam notat.

### MAJESTATUM, ET POTESTATIS CÆ-SAREÆ PLENITUDINVM.

Quot hic summa nobis fingit? quot uni orbi soles accedit? Ebriis oculis hæc videtur aspicere: geminantur illi rerum imagines.

### RESERVATORUM, SUPEREMINEN-TIARVM.

Omissis rebus, vana nomina jactari, queritur. Ovirum acerrimi judicii! cui nemo huminum satisfacit. Quanto pleniora solidi fructus ille daret, si in his ineptiis collocare se vellet?

### NEC NON JURISDICTIONUM CUM STA-TIBUS IMPERII IN SUIS TERRITORIIS, ETIAM IN CAUSIS DE TRIBUS CAPE-LIS VEL AGELLIS, CONCURRENTIÆ.

Si bene calculum ponas, non tam illos lacerat, qui talia scribunt, quam qui faciunt; adeo in omnes porrigi voluit proscriptionis tabulas hic Sylla. Annon enim in Republica videmus toto die hæc disceptari? & majoribus quidem momentis, quam quæ statim appareant Legulejo. Nisi propter phrasin forte hæc asluit.

### PARATROGOEDI LEPIDI.

Sine dubio binæ hæc voces demirantur, quomodo hic convenerint; si tamen prior illa vox est, ac non Africanum potius monstrum. Sed Ulyxem, puto, imitari quæsivit, animalium tam disparium junctura. Non invidere tamen nobis voluit festivam hujus chimeræ tragicocomicæ definitionem, ex superioribus repetitam, exposito primum ejus fine.

### QUI UT SUAM IN JURE TRADEND ET RESPONDENDO VELENT IGN RANTIAM.

Sagacitatem hominis! ipsa pectorum arcana deprehendit ac referat. Scilicet ad Professionem Juris, vel in Academia, vel in Republica (ita enim dividit) tanquam unicam metam, omnium studia feruntur. Quam cum omnibus assequi non detur (neque enim cuivis cum Phormione nostro Corinthum adire contingit: *Dix geniti potuere.*) mox auloedi fiunt, qui citharœdi nequeunt, id est, ad prudentiam civilem, & alia paris facilitatis studia, repulsi veniunt, atque in his crassissimæ ignorantiae præsidium quærunt. Etsi novimus, qui hæc olim inverterent. Obscro autem, quid tu hominis es, quod ex omnibus hominibus *Juristas*, & quidem *puros puros*, vis effingere? quod e foro totam rem publicam extruis, nec quicquam præter offendentium & reclamantium rixas cogitas? deliras certe senio, & vaticinaris, non præcipis.

NON

## NON TANTUM HÆC SEQUIPE DALIA.

Bene est: metuebamus, ne barbariem in prædictis vocabulis olfaceret, accusaretque: Sed ecce, grandiloquentiam quandam observat Criticus: ejus quippe captum superant. Quasi vero, qui res ipsas pertractandas suscipit, hæc & talia nomina devitare omnino possit, aut debeat.

## GRANDESQUE COTHURNOS AMANT, ET SIBI MPTANT.

Quid grandes aliis cothurnos objicis? talibus certe quandam videre te evinctum pedes, & invidere Corydonem, sunt qui meminerunt; an etiamnum geras, nefscunt. Sed ad paratragædos: quorum primo describit licentiam ampullandi: secundo consilium subvertendæ Jurisprudentiæ. De priore dictum: De posteriore, quod singi monuimus exercitii causa nunc subjungit.

## VERUM ETIAM ARTEM ÆQUI ET BONI, JUS ROMANUM.

A laude Jurisprudentiæ Romanæ, cui unice metuere se simulat, perite refutationem auspicatur: quam arcessit à definitione Celsi. Sed & hic definit jus communiter, qua jus est, non qua Romanorum, & id *πρᾶξις* ac sermone populari, ex solenni plenius loquentium formula. Nec tamen quisquam indignetur, Romanorum Juri per figuram & excellenter hoc laudis tribui, ut *ars æqui & boni*, aut etiam *equitatis fons* dicatur; cum præsertim hæc laus sit tuum, qui tam parce bibisti ex hoc fonte, vituperium: modo constet, disciplinam æquitatis & juris naturalis, omnibus suis partibus ac numeris absolutam & contextam, unde plurimum sane trahit, ex illo non hauriri, sed proprias alibi sedes, & cubilia posuisse; nec justitiæ sacerdotes vicinorum philosophorum jura involemus.

QVOD

**QUOD SUBTILISSIMO ANIMO ET DIVINO QUODAM MOTU CONDITUM MERITO CREDITUR.**

Non potest negari, divinæ providentiae munus esse salutares leges. Sed in Romano jure an omnes omnino tales sint, cum Theologorum, tum Jurisperitorum esto judicium. Quare fortius quam cautius ac non sine nasutulorum risu, aliquando in cathedra coaxasti: *Si vel syllaba effet in Romano Jure, rationi recte parum congrua, velle te eredere.* Est: erade: nisi, ut vox tua habet, rigidus Jure-consultus, aut plane ethnicus vis haberi. Scilicet inter hominum scripta, & sacrum codicem, qui solus fortasse ab omni labore est immunis, justum laudis instituendum est intervallum, nec mortales in solium divinitatis attollendi. Ac subtilissimo animo, quoniam ita loqui placet, conditum esse Jus Germanicum quoque; tum reverentia erga Patriam tum conditorum dignitas, prudentia, numerus, credere nos jubet. Verum & hoc elogium valde laudibus tuis, contra, quam speraveras, obstat. Si enim, quo modo quicque constitutum est, eodem facilime percipitur; Jus Romanum autem subtilissimo animo est compositum; oportet te ejus plane esse rudem & expertem: qui ingenio Bœotico celebris, eorum numerum aucturus es, quæ in stupidos jaçtari solent; ut non minus perdices, c) quam corœbi, fungi, stipites salutentur.

c) Repete modo dicta lit. b.

**ANTIQUATIS ET SUBLATIS ILLIS PRIMIS  
ET SANCTISSIMIS. EJUSDEM PRINCIPIIS,  
HONESTE NEMPE VIVERE, NEMINEM  
LÆDERE, SUUM CUIQUE TRIBUERE.**

Pessimos certe homines narras, si posses ostendere. Sed facile ex vestigiis appetat, quo evadat fera. Non in-

ingrediemur Disputationem vastam, de *præceptis* hisce, ut alii rectius vocant, *juris*: fecerunt viri, te non nihil doctiores. Quibus rite consideratis, parum abest, quin, quos alibi quæris, domi tuæ invenire videaris.

**AD NOVAS QUASDAM AB IPSISMET  
EFFICTAS ÆQUITATIS IMAGINARIÆ  
(VERAM ENIM ET NEC SIMULATAM  
ÆQUITATEM, UTPOTE NON  
CIVIS STATIM PERVESTIGABILEM,  
IGNORANT.) REGULAS EXACTUM.**

Duplicem facit æquitatem: *veram*, *frenatam* (in quo confundit æquum cum equo, veteris historiæ immemor) *peritam*, ex *juris analogia*, non e *privati cerebro* *bauſtam*; & huic adversam *commentitiam*, *imaginariam*, *simulatam*, *cerebrinam*: quæ *virus sit pestilentissimum*, teste Baldo & Garsia; quæ *certissimam juris rationem convellat*; quæ *vitiis fores portasqua pandat*. Prorsus ut jurisprudentia tribui posset, in veram & simulatam; quæ inani nomine, hircina barba, turpi canicie, tristi supercilio, stentoreo clam ore, suas tuetur partes: cui te non immerito quis operari credat, Doctorem *imaginarium*. Indubiaæ hæc sunt veritatis: cæterum æquitas illa cerebrina, ut quidem à te explicatur & applicatur, annon ipsa sit *commentum cerebrinum*, valde dubitamus. Sed quid dicimus autem *stolidi*? quasi tu habeas cerebrum, quod una cum æquitate paratragœdis illis transcripsisti. Quænam vero sunt illæ regulæ novæ & effictæ? quæ æquitas *imaginaria*? eloquere. Non potest, aqua illi hæret. Age, dicamus pro Rabula. Nempe, quicquid in naturali, & visceribus rerum, ad humanos usus optime observatur, nec ci-vilium legum codice continetur. Id tu *fictum* & *imaginarium* vocas. Quomodo autem æquitas vera, id est, ex-

T

plica-

plicatione commentitia, scripta, minus sit per vestigabilis ea, quæ ratione demum est indaganda; & nihilo secius tibi tam sit obvia, & percognita, juxta cum ignarissimis scimus: Ad miracula configiendum erit. At *analogiam juris*, singulare *sequitur*, calles. Non contemno, si quis arte, id est, modo tibi insolito, tractet: verum hoc ex iis est, quæ interdum, non quæ semper locum inveniunt. Et non ipsum quoque, sodes, ad cogitationem sapientis & naturæ jus redundat? Cujus certissimis ex regulis definitiones causarum, tunc directo petere, cum proclivius est, tum tutius ob causas supra delibatas. Itaque nihil absurdii habent, quæ sequuntur.

### CAUSASQUE CONTINGENTES DIU- DICATAS VOLUNT.

Non fecisses male, si hæc melius concinnasses: & cura quæso in posterum facias.

### QUORUM TEMERITATEM UTI OMNIUM FACILLIMUM ESSET EVIDENTIUS DE- TEGERE.

Præsertim tibi, tanto Philosopho & Oratori: quem ut te jam nunc præstare voluisses, optandum est. Quid si enim illi, verso in te gladio suo, temerarium ex his jam dicant eum, qui jus divinum, contra omnem rationem ac morem, ad humani normam exigunt, indeque vires sumere jubent.

### ITA FORTE EXPEDITISSIMVM, NE GLI- GERE.

O te felicem, si hoc consilium, priori etiam melius, sequi maluisses. Ita enim

*Turbo rata vita maneret,  
Nunc manet insoncum gravis exitus.*

NISI

NISI CUPIDA LEGUM JUVENTUS.

Academias certe Patrem refert Socratus ille tuus  
in juvenes amor. Dolendum est, tam bonam voluntatem  
viribus destruit,

PELLICIIS HISCE,

Quod bona cum venia tua fiat, rescribimus, *pellaciis*.  
Nam *pellaciis*, ne delicotorum aures radat, aut ne pelvis  
postulent, cautio est.

A VETERE ET BENE FUNDATA JURIS  
CIV. ADDISCENDI RATIONE AVERTE-  
RETUR,

Nisi omnia nos fallunt, vetus & bene fundata juris  
addiscendi ratio à Philosophorum scholis, & moralibus ma-  
xime præceptis, proficiscitur. Sed tu nempe hoc vereris,  
ne in illis desideant auditores, maiestate & soliditate doctri-  
næ pellesti, tua subsellia & crumenæ yacent, & aranearum  
plena sint; hinc illæ lacrymæ, hinc ille contentus.

METUENDUMQUE ESSET, QUIN ALIQUAN-  
DO TRIBUNALIUM SUBSELLIA.

Narramus tibi, si tu perges ita Gothice & Vandalicæ  
loqui, solus facies auditorium, & *vacua regnabis in aula*:  
licebitque tibi, quantum yoles, *tribunalium subsellia* voce  
rumpere.

HOMINIBUS JURIS IMPERITIS, QUIBUS NI-  
HIL EST INVSTIVS.

Etiam sententias loquitur artifex. Quis non credat,  
cum hæc legit, à Papiniano aliquo proferri? tantæ confi-  
dentiæ imperitos juris fulminat.

REPLERENTVR,

Define aliquando, si placet, excubiarum pro salute  
publica obtentu, privatas spes celare yelle. Vides arca-

num tuum esse elatum foras : aliud ineundum tibi ac te-  
nendum iter est.

CUM CERTISSIMO JURISPRUDENTIAE ET TRAN-  
QUILLITATIS PUBLICO EXITIO SUBSECUTURO.

Nescis, Germania, quantum illi viro debeas : hic est,  
qui imminens exitium à cervicibus tuis prudentia sua divi-  
natrice depellit, fulcrum Jurisprudentiæ, pes tranquillita-  
tis publicæ : hic etiam detrahere personam histrionibus  
pulcre novit.

JACTENT LICET, QUOD AQUE RATIONE ET  
INTELLECTU PRÆDITI SINT.

O temeritatem hæc jactantium!

PARITER AC JURISCONSULTI INTER AÉQUUM  
ET INIQUUM, JUSTUM ET INJUSTUM DI-  
SCERNERE, ET DE JURE RESPONDERE PO-  
TES.

Ita ne fastidium tibi movet similitudo, ut horreas di-  
cere, possint? O te in media barbarie superbum! imo &  
præ studio iniustum! Nam quod illi de Jure Naturali, quod  
sapissime repetunt leges, sentiunt; tu ad civile trahis, &  
causam improbe confundis. Etsi & in civili jure, quam  
tum tu sapis, facile etiam alii sapere forsan possunt.

NEC ENIM QUISPIAM CORDATUS NEGAT, HOC  
JACTARE ESSE.

Nam tu cordatos omnes suffragia rogasti, scilicet.  
Quid si vero omnes tibi diffideant? Quid si censeant, omni-  
no illos partem juris maximam & nobilissimam callere?

IMMO VERUM ESSE, QUILIBET CREDIDERIT, SI  
SCILICET JURIS INIQUI ET AQUI DECISIO  
INDIGESTO EORUNDEM MOTUI RELIN-  
QUENDA.

Sancte

Sancte affirmamus, vix nos sensum insolissimæ contentionis, quam non sine periculo legerit febriculosus, assenti. Quid autem est, motus indigestus? in indigesto hoc dithyrambo scientiæ indigestæ proditor? Quam velles loqui, si posses proloqui.

ET CAUSÆ NON VERA RATIONE, SED PERVERSA INCLINATIONE ET AFFECTU TRACTANDÆ ET DECIDENDÆ FORENT.

Etsi orationis tuæ filum non perspicimus, nec quomodo ad affectus à judiciis prohibendos delabaris, intelligimus; quod rem ipsam tamen attinet, prorsus huic sententiæ adscribi cupimus. Judiciorum enim norma est unica, lex & ratio. Quibus ad controversias rite applicatis, non timendum est, quod subsequitur:

QUEM ENIM PRÆTERIT, JURIS IMPERITIS NEMINEM AD RESPONDENDIUM DE JURE ESSE PROMOTIOREM ET CÉLERIOREM?

Non caret hæc res mysterio. Si enim ipse in respondendo jure, itidem ut in paratragœdiando, esset promptus & celer, quod interdum haud dubie est ingenii perspicacis & subacti; nunquam celeritatem imperitiæ juris affignaret, aut tam secure suggillaret. Id quod amplius colligitur ex vicinorum verborum profluvio ac vehementia:

SIC QUI DEM, QUEMADMODUM VASA INANIA,  
ET VACUA, MAGIS TINNIUNT: SIC HIS  
QUOQUE SEMPER RESPONSIONES SUNT PRÆ-  
SENTES ET PARATE.

Si usquam locus est dicto, omne simile claudicat, certe hic esse debet. Quod enim convenit loquentibus multa & arroganter, veluti locutulejis & forensibus ranis; id optatur his, qui respondent cito, & temere. Illa melius;

SCREANT RELATIONES ET SENTENTIAS, SIVE, UT STYLO SACRO LOQVAMUR, ERUCTANT SENTENTIAS.

Duae enim irum sunt malorum Referendariorum classes. Primo screatores, qui nullo negotio, & ad nutum, inconsulta consilia expuunt: Deinde cacatores, (fari enim certe vecordia hominis cogit) qui magno conatu magnum malum pariunt. Illos insectatur & oster, hos sectatur. Non contentus vero latine ista enuntiasse, Germanico eadem habitu reddit; ratus forsitan, ut ipse vernacula melius intelligit, alias quoque intellecturos. Nisi forte Germani *μορανετησι*, ructant: aut nisi tam delectabilis haec figura, ut omnibus modis repeti debuerit. Sed ne putas, bilinguem tantum esse nostrum, en infra & græce tumultuatur; tribus linguis, serpentium instar, micans. Ecstasis passi sumus, cum videremus. Quæso, dic nobis verum; quis commilitonum requirere voces græcas in Scapula te docuit?

VERUM INDIGESTAS, INCONSULTAS, INIQUVAS,  
INEPTAS,

Indigestas, ut videtur, dicit, quæ consarcinatae non sunt ex Digestis. Scilicet ut ex verbis Imperatoris male detorta, adeoque cerebrina regula habet, erubescimus sine lege loqui. Quo vehementius miror, in toto hac invectiva, ne unam quidem legem tibi succurrisse; cum præsertim haec res explendæ & pingendæ miserrimæ cartæ, prohibendisque tot tavilogiis, in primis fuisse accommodata. Dic, age, non hoc erubescis? Certe alias, si non sententias, ut diximus (multum enim temporis absunit evolutio Consiliorum, Responsorum, Decisionum, Interpretum, Lexicorum,) saltem leges secundo pectore ructare, & excernere soles: quibus ea probes, quæ nihil vel ad quæstionem juris attinent, vel dubitationis habent; idque similiter indigeste, inconsulte, inique, inepte.

SED

SED PRÆSTAT MOTOS COMPONERE FLUCTUS.

Ex his apparet, magis in promptu tibi esse Virgilium & Menandrum, quam Justinianum. At cave, ne discipuli, philologos aspernari abs te docti, & cupida legum juventus, initium faciat a Magistro. An & tu, fili, pelliciis hisce legentium oculos, ut alioqui jocis thearalibus, fascinare præsumis? Postquam igitur fluctus in simpulo moverat, eosdem nunc componit, Aeolus idem & tridentifer Neptunus. At quomodo componit? Num hactenus asserta deserit, mitigat, restringit? num regulis suis cerebrinis addit explicationes, exceptiones, fallentias? minime. Novum audies consilium.

ET TUTIUS ESSE VIDETUR, NE ET NOS QUO-  
QUE IN CENSUM RIGIDORUM JURISCONSULTO-  
RUM REFERAMUR, CAUSAM HANC EXTRANEO-  
RUM SUBMITTERE ARBITRIO.

Ridiculum: ne in censum Jureconsultorum referatur, metuit. Quiesce vero sane; nemo est, qui in illorum censem te referre cupiat; nec illi forte, si quis cupiat, patientur. Nondum adeo eviluit Jure consulti nomen, ut in communionem ejus admittantur indocti rabulae, & forensia pecora: quid enim sibi & admiratoribus suis quisque videatur, respi-ciendum non putamus. Nec sane Hodogera, d) cum omni-

d) Et haec vox indicat, Rebhabnum, qui *Hodogetam juris scripsit*, hujus programmatis autorem fuisse. Eo etiam dicit in sequentibus mentio climatum & parallelorum. Pertinent etiam eo *Paralipomena*.

bus suis climatis & parallelis, illud efficit. Sed nec Paralipomena, sive coeca illa congeries eorum, quæ collegium J. A. negligenda sibi putavit; et si Titulum sacrum præferant: nec reliqua etiam obscuræ diligentiae specimina. De quibus omnibus in medio sunt magnorum Jureconsultorum judicia.  
At

At ne rigidus existimere, times. Licet hic animadvertere tuum stomachum: neque enim *rigidus* vis haberi, nec *modestus*. Quæ inter quid sit medium, præter excordem Centaurum, parum liquet. Interim si rigidus est *αρρεβης*, vel in speculatione, vel in actione, quod scientiam juris ponit; rursus te securum plane esse jubemus: Si importunus, iniquus, pertinax, eodem negotio duo peccas. Primo, quod peccatum tuum non agnoscis, sed cum provinciam tuam, in quam impetum fieri somniaveras, tot doctorum virorum injuriis, velut armis defenderis; mortemque millies oppetere malis, quam Jus Rom. vel in syllaba errasse confiteri; candoris tamen generosi laudem ambis, una clausula salvatoria, facto contraria, extra omnem teli conjectum positum te existimans; & infirmissimam causam fulcire amplius satagis. Deinde quod proprio criminе, quamvis insignito, non contentus, partem ejus, in alios etiam Jureconsultos, tantis laudibus a te ipso cumulatos, per causam arbitrii invidiose transfers; & non rigidos modo, sed etiam vates, qui coercituram hodie litem præviderint, ac pro te sententiam tulerint, vis efficere. Non condemnant illi regulas æQUITATIS, ex rectæ rationis, numinisque imperio profectas, & jus, quod inter Gentes obtinet, sed commendant: nec opinione nisi, errore pridem a doctissimis veterum, Tullio maxime, exploso, prædicant. Opiniones fanaticas, a lege & ratione devias, ex affectibus pravis ortas, denique iniquas, e judiciis exterminant: quod & nos, & omnes boni faciunt. Nec probamus, aut contractus temere infirmari aut excusari dolum, & corvis veniam dari; etsi binum illud brocardicum, quod alienissimo affers loco, nec absolvere placet, nec damnare. Sed quis velit omnibus næniis excutiendis tempus perdere? Noli desiderare rem iniquam. *Sat prætabiberunt:* excidit nobis tandem patientia, subi fastidium, in ardescit ira, ito in ignem, infesta bonis litteris ac feralis

ralis carta : satiato iracundiam nostram. Quodsi frigore tuo tuta, flammæ vim contemseris ; alius te locus , alia fata manent. Ad vos me converto , quibus melior sensus amore scientiæ civilis generosum peccatum acuit. Quanta θελα-  
νΦάγε illius insolentia, inscitia, procacitas , quamque perniciosa sit exemplo,

*Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras.*

Scilicet de causis & remediis mali paulo altius cogitare , & co-  
gitata promere, non fraudabimus vos re secreta. Nimirum  
tria sunt maxime, quæ in litteris hodie peccantur : unde tot  
humani generis furiae , & rei litterariæ publicæque turba-  
menta. Primum est, nimia hominum multitudo , qui dant  
nomen litteris, aversa Pallade, repugnante Phœbo , ploranti-  
bus musis. Quofit, ut quemadmodum in Civitatibus epifi-  
cia, ubi hominum, præsertim sciolorum & pauperculo-  
rum, copia laborant, ita & literæ jaceant, & obsolefiant,  
ipsasque, & per ipsos premant, qui maxime profitentur.  
Alterum, quod non ante omnia imbuuntur studiosi agnosce-  
re Deum atque colere : quod nec in principio ille, & quasi  
vestibulo, ut auctor & præses artium, humano generi salu-  
tarium, cui hoc nomine sint agendæ gratiæ; nec in ipsis pas-  
sim scientiis, per quas sparsus est gratus Numinis velut odor,  
diligenter demonstratur: quod denique scientiæ, proprie-  
huc facientes, veluti moralis, non impensius reliquis exco-  
luntur, & cum lacte teneris immulgentur. Quo fit, ut nec  
bonæ literæ debito modo amentur, æstimantur, perdiscan-  
tur; & audeant tam multi in diverso, quamvis citra contro-  
versiam honesto & utili doctrinæ genere versatos, strenue  
contemnere, & contemnendos aliis præbère. Tertium est,  
quod in doctrinis ipsis vulgo nec ordo nec gradus accurate  
custodiuntur ; nec interior contextus partium cujusque di-  
sciplinæ ab idoneis magistris explicatur; nec partes ipsæ , nisi  
carptim, & per locos communes, sine judicio, sine arte, sine  
gratia ,

gratia, & deductione ad ipsum fontem, ac multiplicem rei usum inter varios scopulos & cautelas pertractantur, longaque & seria animi commentatione exhauiuntur, atque adeo, quod magis os, quam animum, plerique instruentes, τὸ λέγειν utcunque consequuntur, τὸ πιστεύειν procul habent. Testamur satius esse, literas nescire, quam hoc modo scire. Nihil enim hæc res parit, præter inanem scientiæ persvationem; sicut ille:

*Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem.*

Non intelligit vastitatem orbis, sed suam domum, suam villam, exemplo Tytiri Virgiliani, maximam putat: quod porro parit confidentiam & superbiam, iudicium de rebus neutquam intellectis; opinionem pessimam de disciplinis optimis; swave somnium de excultis abunde litteris, & beatissima eruditorum messe, aureoque saeculo; in ceteris quoque opiniones erroneas, monstrosas, noxias; in Republica vero prava & inconstantia consilia; eaque recti specie adornata; arma nocendi; postremo Atheismum, certissimum semi docti hominis caracterem. Qua propter saepientes omnes & eruditos negotii gravitas huc vocat, ut, quemadmodum occurrentum sit his pestibus, in medium consulant, & suffragia dicant. Nos, tametsi in his nomen minime profitemur nostrum, tamen, si quis animi sententiam exquirat, ei ut faciles nos præbeamus, ratio muneric ac Professionis exigit. Notum est, antiquis, hominibus sane prudentissimis, gravissimisque in more positum fuisse, ut sapientiam non offerrent nudam, sed per varia involucra, per ambages carminum, prodigia fabularum, figuræ animalium, tenebras symbolorum, similitudines apolo-rum, ne Salvatori quidem fastiditas. Sumimus vero Ari-stoteles, maligna brevissimi sermonis obscuritate hoc pro-fecit, ut quæ edidisset, non edita viderentur. Quibus aut simi-

similibus modis an hodieque litterarum arcana, qua licet, tradi expediat, equidem nescimus. Invitat enim primo, exemplum vetustatis, quod merito esse normam posterorum, contra juratum ejus hostem asseveramus. Accedit ratio, ut obscenæ istæ volucres, quæ immundo omnia contactu fœdant, & profanum vulgus à sacris arceantur; exclusique araneis, quærentibus, quo Rempublicam vennenent, apibus intacti sapientiæ flosculi serventur. Quid? quod ingrati indignique mortales, subtractis thesauris, quos pro carbonibus spernunt, injustissime punirentur, & fatali suæ ignorantia relinquerentur. Ad hoc, judicium de causis & controversiis litterariis, à foro, quo sæpiissime videmus trahi, ad litteratos solos, id est, idoneos suos judices, hac ratione optime revocaretur, & Minerva suum sibi tribunal haberet; apud quod sine periculo doctoribus liceret agere. Præterea & exercitandi ingenii campus, & parandæ gloriæ seges hæc uberrima. Denique multa in se non adeo probabilia, necessitate temporum, & ingenio hominum se commendant: quemadmodum & priscos multa experientia huc perpulsos, vero simile est. Sed eruditorum senatui, qui vñissim promere sententiam suam haud gravabitur, pensanda hæc relinquimus.

F I N I S.

U 2

APPEN-

# APPENDIX II.

*Ad cap. ult. §. 14.*

**M**entio ibi facta est Epistolarum Pufendorfi, Contingii & Boecleri ad illustrem Boineburgium, quas hic me exhibiturum promisi, cum scriptum illud, unde desumsi, ob ineptias, quibus repletum est, ferè emtorem non invenerit, sed ad viliores usus adhibitum & sic rarius factum fuerit. Subjungam tamen etiam singulis epistolis judicium singulare ipsius viri obscuri, quod pro sua, qua pollebat, legulejistica eruditione, de re captum ejus transcendentie, dare voluit, additis brevioribus notis lectori forte non displicituris.

## EPISTOLA I.

*In qua Pufendorfius mentem suam de emendanda philosophia morum & ponendis fundamentis jurisprudentia naturalis, declarat.*

**S**i aliqua mihi vel ingenii vel studiorum fiducia foret, merito mihi gratulari deberem, de tanti viri favore ultro oblato, quem omnibus obsequiis demereri potuisse, pars magnæ felicitatis erat. Huc enim cum ad nos super legatus appelleres, inter publicorum negotiorum curas mei quoque memoria locum invenit. Ultero alloqui voluisti, & de nostris studiis sermones miscere, cum ego valde dubitarem, annon parum modeste foret, tale quid inter ipsas occupationes abs Te petere. Postquam blandissime exceperas, & ut tua humanitate frui auderem, confirmares, jam animo percipiebam insignem voluptatem, pari utilitate conjunctam, quam allatura erant privata cum ejusmodi viro colloquia, movendis aut emendandis meditationi-

tationibus, in quæ nescio, quo faro ingressus sum, nec  
quicquam a tenuitatis meæ conscientiæ absterritus. Verum  
ista quidem bona inopinatus discessus intercepit, qui utut  
festinaretur, intermittere tamen noluisti, quo minus literis  
affectionem tuum denuo consignares. Sed ne sic quidem à  
verecundia mea impetrare poteram, ut cogitata mea per  
literas, quas tamen vulgo non erubescere dictitant, apud  
te exprimerem, nisi demum illæ, quas nuper accepi, eam  
mihi necessitatem admovissent, ut aut fœda cujusdam in-  
humanitatis nota subeunda foret, aut immaturæ meæ &  
nondum satis digestæ cogitationes tam limato judicio sub-  
jiciendæ, cui sese, si parum approbaverint, in pudorem  
me erant daturæ, quod de attingendo ejusmodi opere au-  
daciæ unquam concepisse ac insequentì dolore frustra  
temporis impensi, mactatura. Quanquam spem eam mihi  
tua humanitas suggerit, ut quo simplicius hic egero, eo  
benignius errantem sis admonitus, aut ubi operam non  
penitus lusisse videbor, quam deinceps ingredi debeam  
viam, monstraturus. Denique utcunque res acciderit,  
qualiacunque hæc, ipsa obsequii professione, veniam me-  
rebuntur. Nisi ergo excell. Vir, renuis, rem paulo altius  
reperam, & qua occasione, ad isthæc primum studia ani-  
mum appulerim, exponam. Aliquot jam annos Philosophiæ,  
quæ vulgo Aristotelica audit, dederam, & quæ tyro-  
num est præsumtio, parum à culmine sapientiæ mihi ab-  
esse videbar, cum nescio qua occasione magis magisque  
ista mihi scientia vilior haberi, & de plerisque, quæ ante  
hoc oraculorum instar veneratus eram, dubitatio suboriri  
cœpit; Postquam semel ea religio exoleverat animo, nefas  
esse a dictatis præceptorum discedere, haud obscure vide-  
bar cernere, quantum inane esset in plerisque disciplinis,  
quæ intra contemplationem solam subsistunt circa illam sa-

pientiae partem, quæ de moribus ad rectitudinem fingen-  
dis se acturam pollicetur, duo præprimis mihi oppido quam  
dura digestu apparebant; Unum, quod nulla firma scientia,  
& cui immota mens posset acquiescere, istis inesse disci-  
plinis diceretur, quarum tamen observatio præmiis & pœnis  
foret fancita; alterum, quod nec vulgares isti libelli, id, per  
quod sese venditant, nomen possint tueri, cum in iis vix  
quicquam, præter nomina virtutum deprehenderetur.  
Quæ res adeo me movit, ut fere omne id genus studiorum  
fastidire, & tempus antiquis scriptoribus evolvendis cœpe-  
rim impendere. Postea accidit, ut in Haffniam profectum  
subita illa à Svecis suscepta obsidio clauderet. Nec hæc  
calamitas sola. Ansa arrepta, quod frater meus apud Sve-  
cos degeret, in custodiam me dant, inque ea per 8. menses  
detinent, exclusum ab omni supellectile literaria & erudi-  
torum conversatione. Hinc ut sensum miseriarum fallerem,  
subibat recolere ea, quæ quondam apud Grotium & Hobbe-  
sium legeram, ac additis nonnullis, pro meo arbitrio di-  
gerere. Quæ tamen ut aliquem essent usum habitura,  
præterquam ad otii illius ingrati molestiam discutiendam,  
nec per somnum tunc quidem in mentem poterat venire.  
Dein cum ad Batavos essem delatus, non nemo amicorum,  
cujus judicio plus, quam meo tribuebam, de abolendis  
istis medius cogitantem hortari cepit, ut politura aliqua ad-  
hibita auderem Doctorum judicia publice super iis expe-  
riri. Isti quod tam pronas adhibuerim aures, nihil magis  
excusandum habeo, quam juventæ imprudentiam, spei  
quam metui fiderem a) quæ aliter judiciorum secuti, ne-

a) Exhibeo uti apud Autorem solis resplendentis p. 30. inveni.  
Nam ipse fateor, me non intelligere, quid hic paragraphus di-  
cere velit. Et hinc inde, etiam in aliis Epistolis, sufficientia in-  
dicia sunt, Autorem vel ex negligentia, vel ex stupiditate, eas  
aliter ac scriptæ erant, exhibuisse

que

que irreverenter, neque securum, eo potissimum argumen-  
to ad istud impulit, quod favor ætatis apud æquos etiam im-  
probis sæpe ausis, lenocinari soleret, ni supra votum aliquot  
huic similiūm judicia eximia, benigna invenissem. Præter-  
quam enim, quod scriptum illud longe accuratiore lima opus  
habebat, ac postquam primus ille amor, quo recentes nostros  
fœtus amplectimur, deflagrabit, mihi ipsi quam maxime di-  
splicebat, eo ipso mihi quandam necessitatem videor impo-  
suisse quædam accuratiora & magis absoluta, in isto genere  
mcliendi. Quod quemadmodum non sit pro hisce hu-  
meris opus, quotidie magis persentisco. Fateor equidem,  
si quis ab ingenio se satis instructum deprehenderet, multa  
esse, quæ ad tale opus concinnandum calcar possint subde-  
re. Nosse quid in vita humana sit justum, quid injustum,  
res est cum omnibus hominibus necessaria; tum præprimis  
per splendidissimas occupationes quandam habebat jus di-  
cere. b) Huic muneri aptus hodie fere non creditur, nisi qui

b) Er hic vel aliquid omissum, vel minus recte scriptum vide-  
tur. Reliqua ipsius lectoris diligentia & judicio anno-  
tanda relinquo.

*ticas Romani juris & quomodo per illud manifestissimæ causa-  
rum tenebris involvi, & in infinitum extrahi queant, callue-  
rit. Inde factum, ut cum pleraque ingenia altiora & elegan-  
tiora ab illis tetricis abhorreat, justitia ut plurimum inter  
legistarum libidines destituta miserrime agiteretur. At vero,  
quo quis ingenio aut animo nobilior, eo magis rationibus  
regi gaudet, & indignatur ideo tantum sibi aliquid creden-  
dum, quia *Ulpianus* id dixit, aut quod turpius *Bartolus*, quem  
eximia quadam justitiae rectitudine supra communem mor-  
talium sortem fuisse vix cordato alicui persuaseris. Cre-  
diderim ego hominibus gubernanda versantibus, gratum  
fore, si quis certa & indubia fundamenta constituat omnis  
ejus,*

ejus, qua homines reguntur, justitiae, & ex iisdem, quæ incidere solent & possunt, controversias, quantum ejus fieri potest, deducat. Sic enim illi, quibus semper opinari molestum est, habebunt aliquid, quod tuto sequantur, & tetricæ illæ ambages à scientia juris resecabuntur, ut qui posthac istas cognoscere neglexerit, vix aliud, quam propriam desidiam accusandam sit habiturus. Tali opera, ut *Germanus* quis potissimum manus admoveat, patriæ causa cupere debemus. Hanc enim non sine rubore nostratisbus hominibus ab exteris objici audivi socordiam, ad innumera, quæ ab illis in lucem protruduntur, paucos ingenium afferre: Cæterum pleraque labore inglorio, & infatiabili scribendi prurigine obstetricante, edi. In hac autem materia poterit utique dici aliquid, quod non dictum sit prius. Evidem qui inter eos, quos illæ curæ hæc tenus occupatos tenuere, *Grotio* primas non tribuerit, vix dignus habebitur, ut judicij ipsius aliqua hic ratio habeatur. Neque tamen inficias quis ibit, multa addi debere, ut perfectum aliquod juris naturalis corpus componatur, & multa ipsum posuisse tanquam dubio carentia, quorum rationes investigari adhuc opus erat, præterquam quod communem ingenii humani labem, non utique effugiat. Neque *Hobbesii* acumen laude sua est privandum, etsi ille vix ultra principia progrediatur, & ejusdem hypotheses nescio quid profani videantur sapere. Multum quoque præstitit illorum hominum industria, qui de *casibus conscientie*, deque *justitia & jure* scripta edidere, sed præterquam quod isti libri, mole sua laborant, & horrore dictionis ingenia elegantibus innutrita literis protelant: nescio quantum illud multis non sit ad palatum, quod pleraque tantummodo videantur ad staticam illam sacram dirigere, nec semper, uti par erat, judicij libertatem usurpare. Admoverunt huic

huic materiæ alii quoque manum, sed plerique circa par-  
tem duntaxat occupantur. Nonnullis volupe est, non tam  
hanc disciplinam stabilire, quam ejusmodi fundamenta,  
quæ hactenus credita sunt subinnuere. In *Ictorum* libris  
pleraque huc spectantia invenerit, qui accurate novit dis-  
cernere, quando auctoritatibus & legibus (quas vocant po-  
sitivas) nituntur, & ubi sua dicta rationibus stabilitum eunt.  
Quod tamen in universum videntur observasse circa plera-  
que, qui hic aliquid operæ posuerunt, alios a *juris*, alios  
à *Philosophie* peritia non satis fuisse instructos cernimus,  
quorum nullum tamen deesse debet illi, qui aliquid se  
præstiturum hic speraverit; Inde quoque factum, quod  
meri *legiste* multa fastidiverint, tanquam nimis subtilia &  
nulli usui futura, quam torquendis ingenii; *Philosophi* con-  
tra ad pleraque ista descendere fastidiverunt, veluti crassa  
nimis & popularia, aut si alteruter pedem in alterius foro  
ausus figere, ludibrio imperitiam suam exposuit. Illud enim  
altioris indaginis, quomodo sit procedendum, si quis ejus-  
modi disciplinam perfectam concinnare aggrediatur, quæ  
*juris naturalis* nomen, sustinere possit? Mea sententia duæ  
hic dantur viæ, quarum alterutram secuti deprehendun-  
tur, qui disciplinis in justam formam redegerunt. Unam  
secuti sunt potissimum *Mathematici*, qui ex paucis prin-  
cipiis immensam vim graduum elicere amant. Alteram in-  
gressi sunt, quibus *res naturales* investigare cordi fuit, sci-  
licet ut ex observatione & collatione plurium singularium  
tandem aliquod concluderent generale decretum. Poſterio-  
rem quoque banc viam in hac materia mihi insistendam esse,  
nonnulli me admonuerunt; Colligendum esse nimirum,  
quid apud singulas gentes justum habeatur, & in quod o-  
mnes & singuli contentirent, id demum pro jure naturali  
declarandum, Enim vero lubrica, infinita, & fere invia  
X est

est haec via. Ab orbe condito plurimi populi floruerunt, moribus atque institutis longe diversissimis, & saepe nostris adversa fronte repugnantibus, de quibus nulla, aut tenuia monumenta nobis reliquit diuturni temporis edacitas. Quorundam nomen vix fando ad nos pervenit. Imo hodie in tanto literarum cultu, postquam improba mercatorum solertia omnes terrarum angulos perreptavit, paucos invenies, qui numerum ac nomina omnium populorum, callere sese jaetent. Tantum abest, ut unius hominis industria omnium instituta legesque colligere aut animo complecti queat. Nec est, quod quis dicat, nos non esse debere sollicitos de *gentibus barbaris*, sufficere nostro fini, illa quæ *moratores* inter populos observantur, ex harum collatione posse perfectum aliquod Jus gentium compilari. Sed praeterquam quod & hoc vastæ molis opus est, quis sincere judicabit, quæ gens inter barbaras, quæ inter cultas sit censenda? Pauci populi Europæi jam humanitatis laudem nobis vindicamus, ceteros alto supercilio barbarie nomine despicimus. At profecto sunt populi, qui non minus abjecte de nobis sentiunt, quam nos de ipsis. Cui ignotum *Cbinensium* de *Europeis* judicium. Hinc *Zaponenses* in nulla re se nobis inferiores agnoscunt, praeterquam sola imperitia, arma illa ignivora tractandi. Et ne nobis nostra plus justo blandiantur, fateri cogimur, ingenioso aliquo luxuriae apparatu fortasse plerisque nos palnam præripere, morum innocentia, queis vera cultura censeri debet, non paucis concedere, qui barbari nobis audiunt. Ac multi populi, qui in horrida illa morum simplicitate ac paucissimis legibus prope ad brutorum iastar degunt, vitam æque sibi quietam agi fatentur, atque nobis, queis tanta legum multitudine cupiditates circumscribuntur. Unde haud absurdè quis inferat, multas leges, quæ nobis tanquam per naturam

naturam traditæ habentur, ad societatem humanam ita absolute non esse necessarias. Denique si hanc viam insistimus, non jus aliquod naturale exstruemus, sed illud penitus eversum ibimus. Vix enim credo dari ullum præceptum juris naturalis, in quod non impingant publice approbati & recepti alicujus gentis mores, quibus quidem ipsi ita sibi placent, ut cæterorum contraria instituta despiciant. Et apposite hoc trahi poterit illud historici: *diversa cupiditates & aliud cuique fas, nec quisquam illicitum.* Id tamen fateor, concinnato semel juri naturali vix decentius ornamentum accessurum, quam si ad singula quis capita anno-taverit, qua ratione gentes diversæ suas vel temperaverint, vel violaverint. Rejecta itaque hæc methodo, ego *Mathematicos* hic potissimum sequendos censerem, scilicet, ut immotum aliquod principium. & quod nemo sanus in dubium vocare ausit, constituatur, ex quo quid perpetui & naturalis sit juris, ducatur. Quale tamen fundamentum invenire non est ita in proclivi. Ad *sana rationis dictamen* provocare maxime plausibile haec tenus plerisque est visum. Ast nisi immoto aliquo principio nitamur; quis arbiter erit, ab utriusque partibus sana ratio stet? Quotus quisque eruditorum est, qui, ubi aliquem ab opinione sibi præbata dissentire intellexerit, mente ipsum satis constare putet? Et abjecti habetur ingenii, dissentientes non pro stupidis habere. Sed & ille modus non admodum facilis est solutu, quomodo *ex mero rationis nostræ dictamine* ita possimus obligari, ut contrarium plane nobis sit illicitum. Sane ea potissimum ratione *Seldenus* motus videtur, ut non de jure naturæ in universum tractaret; sed duntaxat de eo, quod apud Hebræos pro tali habeatur, & ut obligationem ab *expresso Dei mandato* derivaret. Cæterum ejus disciplinæ, de qua nunc sermo est, *dixi*, vidēn-

tur instituendæ *partes* c) In priori agendum de funda-

c) Scilicet cum ista scriberet Pufendorhus, jam anno 1660, in Belgio publicaverat Elementa Jurisprudentiæ universalis, methodo Mathematica, quam hic recenset, (ex doctrina Weigelii) elaborata.

mentis juris naturalis, ubi consideranda venit natura entium moralium in genere, moralitas animarum, impositio, imputatio, qualitates & quantitates personarum & rerum, obligatio, Imperium, lex, meritum, pœna, & similia. Inde *systema* aliquod componendum, in quo *specialia juris capita* ex dictis fundamentis demonstrantur: Cui insignia ornamenta possunt accedere ex testimoniosis autorum, variorum populorum institutis, & controversiarum illustrinm exemplis. Enim vero tale opus quam non sit pro viribus meis, d) satis est in propatulo. Ingenium hic

d) Sed qua fronte talia scribere poterat Pufendorfius, cum tamen cuilibet constaret, Elementa Jurisprudentiæ universalis ab ipso hac methodo edita esse, & ipse in hac Epistola superiorius fassus esset, se persuasione Amicorum tale quid tentasse. At salva res est. Loquitur enim hic Pufendorfius non amplius de elementis, sed de justis institutionibus, vel potius de pleniore systemate, & quidem multis ornamentiis hic recensitis aucto.

requiritur acre, judicium rectum, & præconceptis opinioribus ne quicquam obnoxium, suppellex literaria copiosa, altum otium, quorum nihil nobis adest. Accedat huc oportet, ut quis cum multis eruditis super hac re sententiam suam communicaverit, illorumque judicia perceperit, quo vix utilius subsidium huic materiæ exasciandæ. Præterea, cum hic labor totam hominis vitam requirat, aut tantum annos florentiores, etsi vestri similium favor quantumvis adeste debeat, tamen non potest fortunarum nostrarum tenuitas istas nobis cogitationes suggestere, ut ne,

ne, dum tantum honesta studia neglectis lucrosis sectamur, illam bonæ mentis sororem nimis arcto fœdere nobis ad jungamus: Præsertim cum iam tum animadvertiscas illos, qui *Rabulas* foro formant, e) livorem suum parum dissimilares.

e) Ad ea, quæ hic dicuntur, intelligenda, supponendum est JCos Argentoratenses jam illo tempore ægrè tulisse, quod Bæclerus Grotium explicaret studiosis, qua de re dixi indisputat. de emend. administr. justit. difficult. §. 25. Vide appendicem I. hic.

mulare, & hoc institutum suggillare, atque depresso ire, idque non tantum apud imperitam pubem, quæ frontem ac lingvam quam primum locare audet, sed maxime apud nonnullos cordatiiores, quorum aures adulando sibi velut proprias possident. Scilicet metuunt isti, ne aucupia ipsorum minus lucrosa esse incipient, si arcanum illud vulgatum fuerit, posse etiamp; aliunde, quam ex ipsorum libris justum quid addisci. Quia tamen prope necessitas aliqua mihi est injuncta, in hac materia aliquid operæ ponendi, mecum constitui, postquam Grotium absolvero, id quod intra paucos menses fiet, quædam circa illa fundamenta juris naturalis meditari, & ipsum quoque Grotium intra privatos parietes revocare; nam uti video, talia in publicas cathedras afferre, frustra est, cum pleraque hæc subtiliora studia frigeant, & paucissimi talibus rebus capiantur, ideo, quia non capiunt. Nequaquam tamen præcipiti partu mihi quicquam elidere deinceps, sed & semel hic peccasse sufficiat. Merito ludibrium cordatis debet, qui non luxuriosissimum sibi spatum indulget ad consideranda ea, quæ ubi semel emanarunt, revocari nequeunt? Et semper mihi dispuuerunt, qui libros suos ipso sub prælo in magnitudinem improvisam excrevisse, quasi præclarum aliquod facinus, jactant, prorsus acsi cœteri omnes fungi essent,

ut admirari cogerentur, quæ ipsis inter prurientis calami anhelitus exciderunt. Sed jam dudum vereor, ne mea loquacitas patientiam tuam consumserit. Novi equidem, isthæc non esse tanti, ut iis legendis gravissimas tuas occupationes interrumpere debeas; Malui tamen opportunitatis nomen subire, quam ut voluntati tuæ, quæ apud me imperii vicem obtinet, parum prompte videar paruisse. Tu simplicitatem obsequii mei benigne interpretaberis, & postquam cætera mihi defunt, animum Tibi devotum gratiose tuo favore dignabere. Bene vale, H, 19. Jan. 1663.

*PER ILLUSTRI GENEROS.  
ADDICTISSIMUS.*

S. P.

---

## JUDICIUM LEGISTÆ DE PRÆCEDENTE EPISTOLA PUFENDORFII.

**T**ertia (Epistola) Autorem gloriosum a) videtur in-  
a) Hoc vero Legista judicium apertè indicat autorem  
judicio omni & tantum non sensu communi carentem, & ta-  
men, pro moribus istius temporis, Jctum non infimæ notæ.  
dicare, quod non tantum ipsam Philosophiam Aristotelici-  
cam in dubium vocet, sed & asserat, neminem credi fere  
hodie aptum ad jus dicendum, nisi qui tricas Romani juris  
& quomodo per illud causarum manifestissimæ tenebris in-  
volvi, & in infinitum extrahi queant, calluerit. A quibus  
tetricis altiora ingenia abhorreant, Arbitratur etiam, jus  
nostrum esse corroboratum autoritate humana Ulpiani &  
Bartoli, ideoque potius jus esse constituendum, cuius fun-  
damenta certa & indubia sint, cui operi ut Germanus quis-  
manus

manus admoveat, patriæ causa nos debere cupere, & in hac materia posse aliquem quid dicere, quod non dictum sit prius. Laudat hac in parte Grotium, cui tamen putat multa adhuc addenda esse, ut perfectum corpus Juris naturalis componatur; De cuius corporis forma consilium suggerit tandem hoc, nempe ut instar Mathematicorum, qui ex paucis principiis immensam vim gradationum elicere amant, corpus juris ita cudatur, ut in priore parte agatur de fundamento Juris naturalis, ubi considerari debeat natura entium moralium in genere, immortalitas animarum, impositio, imputatio, qualitates & quantitates personarum & rerum, obligatio, imperium, lex, meritum, poena & similia. In posteriori vero specialia iuris ex dictis fundamentis demonstranda capita, cui insignia ornamenta possint accedere ex testimonio autorum, variorum populorum institutis & controversiarum illustrium exemplis. Non autem provocandum esse ad sacræ rationis dictamen, cum ab utriusque partibus videatur sana ratio stare; At vero de immoto aliquo principio nobis debere constare. Enim vero b) quemadmodum jurisprudentissimus Ulpianus, li-

b) Jam incipit Legista judicium, de cuius singulis nōvis non opus est multa dicere, sed sufficiet paucis annorare, totum hunc ejus discursum continere ignorantiam elenchi, logomachias, inepras consequentias, varia indicia legulejismi, pendantismi & generis differendi, quod Galli noto galimatias nomine denotare solent &c.

cet animadverteret constitutionem aliquam juris duram esse, c) non tamen ausus est, interpretatione sua eam

c) Communis cantilena interpretum, rectu Ulpiani ad ineptissimas assertiones defendendas abutentium, quod latius ostendit in dissert. de usu præt. jur. Justin. in for. Germ. §. 41. & 42. p. 99. seq.

circumscribere & determinare, quantumvis ad latus etiam  
Prin-

Principis sederet, sed satis habebat respondisse: ita legem scriptam esse, gnarus injuriam fieri legi & legislatori, si judex vel interpres ea se prudentiorem arbitretur vid. B. Tabor in Tractat: de regim. imperant. Ecclesiast. lib. 24. p. m. 31. Nempe contemtorem juris civilis vincula non modo judiciorum, sed etiam utilitatis vitæque communis revellere. d) Et boni civis officium in eo verti, ut secundum

d) Tu de cepis loqueris, Pufendorfius de allio.

leges vitam instituat, non vero de legibus judicet, e) Ita

e) Confundis officium Judicis & JCti seu Professoris Juris.

& cavillatoriæ istæ nugæ in Jus Romanum f) eructatae a

f) Confundis jus Romanum & tricas juris Romani.

tanto viro abesse deberent, cui non conveniebat, jus nostrum tricas atque tenebras appellare, cum tamen satis concinne & artificiose istud secundum methodum causarum compilatum comperiamur. At satis etiam clarum & perspicuum istud atque imperiali remedio illuminatum est, §. 5. prouem. Instit. & nihil magis legibus Justinianeis proprium est, quam claritas Novell. 107. in pr. placetque in legibus magis simplicitas, quam difficultas §. 7. Instit. de fideie. her. Simplicitas enim legibus amica. g) §. 3. Instit. de legit. agnat.

g) Omisisti potissima, esse etiam quandam simplicitatem non solum stultitiae amicam, sed & ipsam stultitiam cap. non effore vers. sive equi & afini Cod. Davidico dist. 32.

success. l. ult. §. 1. C. de furtis, quæ tanta est in corpore juris justinianei, ut nulla etiam lex in illo alteri contrarietur. per l. 3. §. 15. C. de f. V. E. conf. l. 2. §. 1. C. d. t. & l. 1. §. 4. cod. modo probe notetur causa, locus, tempus, persona, rigor, novitas, antiquitas, bonitas, & vero, consulo, præcipio, de quib. Forster. tractat. justinian. ad instit. juris in prologu. & quæso quid clarius & certius esse potest ipso Deo, fonte Ju- risprudentiæ Justinianæ, quod confirmat Grotius d. f. B. & P. in prolegom. qui Deus noster eversis per lapsum bo-

nis

nis spiritualibus, prospexit de mediis supernaturalibus, quibus illa pro modulo hujus vitæ recuperare possimus; prætereaque reliquit tantum ex naturalibus & moralibus donis, quantum ad vitam decenter honesteque transigendam necesse poterat videri. Dn. Alberti in *Comp. J. Nat.* in *prefat. ad lector. p. m. 6.* Quemadmodum igitur in claris non admittuntur in foro Advocatorum cavillationes, Marpurgens. vol. 4. *confit. 42. n. 105.* ita & b) autoris Epistolæ hu-

b) Est eadem consequentia, ac si quis pro Pufendorfio subsu-  
meret: ita & *Autor solis resplendentis est lunaticus.*

jus tertiae inventiva erga jus justinianeum non attendenda. Et querere conjecturas in claris infirmitas potius est intellectus, quam subtilis ratiocinatio. Wes. in *π. de R. N. n. 8.* Ipsa hæc claritas etiam & veritas seu principia congenita non in mendacium instar gentilium convertenda, *Rom. 1. v. 25.* maledicunt autem communiter homines ad similitudinem Dei cæteroquin facti *Jac. 3. v. 9.* Fallitur porro autor, auto-  
ritate humana Ulpiani & Baldi corroboratum esse jus Ju-  
stinianeum, est enim jus istud imperiali remedio illumina-  
tum & vallatum §. 5. *procem. Instit.* quo plenissimum ei-  
robur accommodatum, §. seq. 6. *procem. Instit.* Cui qui repu-  
gnat, & in dubium vocat, sacrilegii i) nefandum crimen

i) Vides hic animum crudelem Legistæ in Pufendorfium & huic  
similes.

committit. l. 3. C. de criminis Sacrileg. Quod robur imperiale  
accessit non dicis gratia, sed quia ita istud dicitant & sva-  
dent congenita nobiscum principia practica, quæ è statu  
integritatis k) in nobis supersunt, Dn. Alberti c. l. p. 14.

k) Habes hic novum specimen deficientis judicii. Nunquam  
Justinianus, aut alii etiam JCti intenderunt, cum Alberto  
jus naturæ ex statu integritatis deducere.

& nos ad recte faciendum impellunt, a delicto vero avo-  
cant, Cicer. de Legib. lib. 2. Ulpianus itaque & Baldus non  
Y sunt

funt causa efficiens l) juris Justinianei, sed tantum inter-

l) Stulta disputatio, cum Pufendorfius nunquam dixerit Ul-  
pianum & Baldum esse causas efficientes juris Justinianei.  
pretes & Doctores. Desiderium ceteroquin, Germanum  
aliquem admoveare manum corpori juris naturalis, qui id  
dicat, quod non sit dictum, itidem est nullius momenti,  
*conf. dicta supr. c. 1. p. 38.39.* cum tale corpus m) nobiscum

m) Quantæ ineptiz! Hoc nunquam dixit nec Cicero nec Al-  
berti. Confundit Autor potentiam & actum. Omnes disci-  
plinæ ex dictamine rationis deducendæ hoc intuitu & ratio-  
ne potentiz nobiscum natæ, & postea cum id factum fuerit,  
à natura haustæ dicuntur. Sed propterea non frustraneam  
dicuntur, navare operam, qui v. g. philosophiam rationalem,  
naturalem, moralem, civilem in formam artis redigunt &  
ineptiis scholasticorum larvas detrahunt.

fit concreatum, atque hodie adhuc implantatum, quod non  
scriptum est, sed natum, quod non didicimus, accepimus,  
legimus, verum ex natura ipsa arripiimus, hausimus, ex-  
pressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed  
imbuti sumus, ex Cicerone Dn. Alberti c. 1. p. 6. ut impossibi-  
le sit humana opera tale corpus posse inveniri, n) quan-

n) Necesse est mentis deliquio laborasse autorem, dum hæc scri-  
beret. Communi sensu ea dicuntur humana opera non pos-  
se inveniri, quæ nobis non sunt concreata aut connata, sed  
vires humanæ naturæ excedunt, ea vero, quibus jam à na-  
tura imbuti sumus, & quæ adeo possidemus, non dicimus esse  
impossibilia, ut humana natura ea inveniat, sed dicimus in-  
ventionem esse superfluam, frustraneam, stultam.

tumvis hoc ipsum jus naturæ mediantibus scintillulis ima-  
ginis divinæ superfluis intueri, excoli, & cum toto suo o-  
mnibus modis conferri queat, quod ipsum jam dum mi-  
nisterio JCtorum o) præsttit D. Justinianus, cuius Sy-

o) Nova furentis contradic̄tio: Si impossibile est, humana ope-  
ra tale corpus posse inveniri, quomodo potuit esse possibile,

ut

ut D. Justinianus id inveniret ministerio JCtorum, & horum ope sistema juris naturalis seu corpus juris naturalis conscriberet? An JCti illi præ aliis hominibus prædicti fuerunt viribus supranaturalibus.

stema p) in manibus nostris est. Grotium quod attinet, ei p) Aliud insanientis sapientiæ specimen. Nunquam in mente Justiniano venit, ut voluerit sistema juris naturalis scribere. Et disertè ait, *sistema suum collectum esse ex principiis naturalibus gentium & civilibus*. Adeoque hic mixta sunt tantum non ubique naturalia & civilia. Quodsi quis cogitationes promiscuas philosophicas, medicas, juridicas, theologicas conscriberet, et si methodo aliqua (arbitraria plane) observata, forte eas observationes in certos libros & titulos distinxerit, quis adeo deliraret, ut assereret, optimum in ipsis cogitationibus contineri *sistema vel philosophicum, vel medicum, vel juridicum, vel theologicum?*

laus merita utique apponitur, rem tamen non omnem acu semper tetigit, consensum namque parentum q) in nu-

q) Hic iterum absque judicio disputatur de re, quæ non erat in quæstione. Neque enim Pufendorfius neque ullus alias, quod sciam, dixit, Grotium rem omnem acu semper tetigisse. Ergo contra quem disputat hic noster Legista? Deinde & in rebus majoris momenti quam in quæstione de valore nuptiarum absque consensu parentum contractarum, Grotius aberravit à via veritatis: sed tamen autor verosimiliter hanc quæstionem elegit, ut eo facilius exscribere posset Gerhardum & Menzerum, & hac occasione lectori indicare, quod Menzerus fuerit ejus proavus maternus. Tertio, non mirandum equidem est, quod Theologi Lutherani circa hanc quæstionem à Grotio dissentiant. Ut enim appud istos, qui præ aliis γνῶμας tales vocari desiderant, ad hæc usque tempora plus valuit præjudicium autorifatis, quam usus rectæ rationis, ita vel ex Osiandri nota ad dictam th. 10. Grotii p. 761. patet, istum dissensum à Grotio in materia præsenti deberi primario illi fundamento, quod Lutherus & Chemnitius ita docuerit. Contra JCti, & quidem impartialiter

les ac Legulejis & Legistis oppositi, ut Zieglerus ad d. I. Grotii p. 274. nullam causam esse putant, cur ab hac Grotii sententia recedere debeant; aut falrem eam perspicuis distinctionibus exponunt, & sic simul occasionem suppeditant dissentientes vel cum Grotio conciliandi, vel illorum argumentis respondendi. Vide quæ hac de re latius dixi in inst. jurispr. div. lib. 3. cap. 4. n. 76. seq. & in disput. Lips. de valid. conjug. invit. parent. contracti §. 15. seq.

ptius non adeo necessarium esse ait, ut eo deficiente propterea irritum statim matrimonium pronuncietur, l. 2. c. 5. n. 10. pro qua sententia stabienda adducit Esavi conjugium. Cum tamen non indifferenter exempla sequi, sed legibus stare jubeamur, l. 13. Cod. de sentent. & interlocut. omn. jud. l. 12. ff. de offic. presid. Locam. ad §. ult. I. d. satiadat. Et Esavi desponsatio non in jure sed facto fundata est, nec etiam Deo nec ejus parentibus matrimonium hoc gratum fuit, sed parentibus Esavus ea propter cordis contritionem eximiā accersivit. Gen. 26. v. ult. quam ob causam non impunitus relictus a Deo, sed privatus benedictione, & jure primogenituræ itemque promissione ei facta de terra Canaan & Messia ex ejus sangvine nascituro, derivato tandem in ipsis minorem natu fratrem Jacobum Gen. 27. Neque alias denegatum erat Esavi parentibus illud de facto ab illorum filio contractum matrimonium nullare: quod autem non annularint, hoc ipsum ipsorum indulgentiæ, quæ plurima in liberis tolerat, adscribendum. Interim a remotione facti id remotionem juris non valet collectio. Gerhard. m. ad Gen; c. 26. v. ult. q. 6. Nec decet hominem christianum ad imitationem trahere vitia aliorum. Beat. Proavis matern. Dn. Menzer. tractat. de conjug. sub tit. de consens. Parentum. Parum efficit ex promissione hujus aeternum esse populum, istud siquidem evenit ex promissione Abrahamo facta. Quod supereft, Grotius, Arminianus

nus iste r) non Systema juris naturalis condidit, nec præ-

r) Vides autorem esse JCtum non solum Justinianeum, sed & γνῶσις orthodoxum, & adeo spiritu hæretificationis tanquam præcipuo talium requisito, repletum. Quomodo enim fieri potuissest, ut Arminianus ille (etsi notum sit, Arminianos in præcipuo à reliquis Reformatis dissensu propius ad Lutheranos accedere) in Synodo Dordracena ab adversa Arminianorum parte, cum aliis Arminianis damnatus disciplinam aliquam, ex dictamine recte rationis deducendam, sed à viris γνῶσις orthodoxis vel neglegētam vel etiam, salva venia, confusam, & corruptam, cum applausu JCtorum, istorum orthodoxorum sputa lingentium, in ordinem redigere aptus fuerit? Et quis talia legens abstinere posse, quin si non exclamat, saltem cogitet:

*O Corydon Corydon - - - - ?*

De reliquis quæ sequuntur adversus Grotium & Pufendorfium adductis ineptiis judicet ipse lector. Nam & tñdet & piget ulterioris purgationis hujus simeti. Interim illis, qui adhuc ejusmodi laetucis delectantur, commendo elleborum Bœcleri, id est, diligentem lectionem censuræ in programma Argentoratense, in append. prima exhibet.

cepta artificialia, secundum quæ justitia edicenda, proposuit, sed exemplis potius jus naturale nobis insitum illustrat, & effectum ejus demonstrat, atque recenset. Neque consilium suppeditatum è re est, ita enim in parte generali ea, quæ ad juri ancillatrices Philosophiæ disciplinas pertinent, tractarentur, & confusum omnium disciplinarum chaos efficeretur, cum ad jus non pertineant, nisi quæ sapiunt vim justi, quæ autem non sunt juris, ejusque horizontem egrediuntur, ad ejus corpus non trahendæ qualitates rerum & personarum in jure nostro Justiniano, quatenus justitia de iis pronunciatur, satis sufficienterque describuntur, ceu illis etiam cognitum, qui primis labiis jus degustarunt. Partis specialis complexum, testimonia autorum, variorum

rum populorum instituta, & controversiarum illustrium exempla frustra constituerent, non enim exemplis, sed legibus judicandum, quantumvis haic rei quadantenus satisfecisse videamus Imperatorem Justinianum, qui jura ex omnibus antiquorum juribus, & præcipue commentariis Cagi tam Institutionum, quam rerum quotidianarum aliisque multis commentariis compositus *Vid. §. 5. prooem. Instit. conf. ea, quæ diximus supra c. I.* Imo ex natura entium moralium qua tali neque exemplis istis certum jus derivari potest, cum tamen adeo Autor dictæ epistolæ tertiaz fundamenta certa & indubitata requirat. Tandem ipse confitetur morum innocentia veram culturam debere censeri: quo ipse concedit, quoad rectitudinem moralem seu rationem vitæ instituendæ duci homines principiis innatis ad virtutem, normamque juris naturalis esse rationem sanam & rectam, per quam homo studet se ad imaginem Dei, ad quam creatus, accommodare, & attributa Dei, sanctitatem scil. bonitatem, iustitiam, misericordiam, sapientiam, veritatem, quæ symphoniam & analogiam quandam habent virtutis moralis, pro viribus sequi, sæpiissime citatus Dn. Alberti in *Epit. jur. nat. p. II.* Quantum igitur iterum erret epistola illa, cum non provocandum esse ad sanæ rationis dictamen velit, cum ab utriusque partibus videatur fana ratio stare, in conspicuo versatur. Ipsa enim lex naturalis nihil aliud est quam recta ratio, quæ originarie à statu integritatis perfectissimo derivatur; Non vero ratio ista est imaginaria, fictitia & excogitata, sed certa & firma, quæ egregie est in decalogo expressa, Dn. Alberti d. l. p. 2. 12. & 13. Unde jus naturale tanquam jus ad amissim perfectum, etiam dicitur universum mundum imperandi prohibendique sapientia regere. Naturalia, enim universalia depraedantur. Idem d. l. p. s. 5. Quod jus naturæ cum excultum probe fit

fit à J Ctis illis, quorum ministerio tanquam causa instrumentalí usus Justinianus Imperator in compilando corpore juris, istud merito exoscularum, & post S. Biblia meliorem non reperiri librum iterum atque iterum exclamamus. Denique Mathematicorum methodus non accommodari potest Jurisprudentiæ. Certum equidem est, in Mathesi data linea sequi angulum, planum, circulum, tanquam principia unicuique primo intuitu vera, unde conclusiones inferuntur certæ, uti ante Autorem docuit Selden. *de Jur. Nat. & Gent. l. 1. C. 7. p. 86.* Tamen non ita in moralibus procedi potest, ubi unumquodque objectum magnam per se habet latitudinem. Igitur alia methodo omnino opus fuit, vid. Aut. *Epist. ult. s)* & quidem ea, quam sequuntur Justinianei.

s) Id est 8. p. 44. & seq. Sed quæ planè non videtur pertinere ad doctrinam Pufendorfii, nec etiam ad Boineburgum scripta est, neque de autore constat, quis fuerit.

## EPISTOLA II.

*In qua Conringius plenariae Pufendorfii approbat, paucissimis monitis adjectis.*

A D omnes tuas responderam jam nudius tertius, cum afferuntur cum P. quas 29. Jan. Moguntiæ exarasti. P. plena esse elegantia, si dictionem species, nemo non facile judicaverit. Sed indubie quæris, quid de rebus ipsis sentiam, quas tractat? Primum itaque justas arbitror ejus querelas, de iis, qui vulgo jus morale docendum suscep- runt, & tamen omnem illi disciplinæ demonstrandi vim detrahunt. Haud immerito idem de Aristotelis defectu con queritur. Nolle autem ejus mali causam quoque attulisti.

set. *Recte quoque censet, gentium variarum circa mores & instituta consensum, non esse firmuni ejus, quod vere justum est, cognoscendi, statuendique principium.* Denique & id bene tacet; dictamen rectæ rationis non itidem esse idoneum moralis Philosophiæ principium. Quas tamen postremæ illius thesis affert rationes, non perinde placent, quoniam non nihil sapiunt scholam scepticam. Rectius me judice dixisset: principium illud esse nimis forte generale, convenire scilicet omni omnino certæ scientiæ: Idonea autem demonstrationum principia debere esse propria. Optarem etiam, id addidisset P. quænam ipso judice sint denique veræ Philosophiæ hujus principia, præfertim cum Hobbesiana nolit probare. De nullo non horum jam dudum sententiam meam dixi in publico. Fortasse tamen præ occupationum necessitate & multitudine, non ea satis haec tenus satis advertisti. At vero demonstrationes perinde in practica atque speculativa philosophia habere locum, breviter in epistola præfixa Viotti libro de demonstrat. tum altera præmisso Hopperiano operi, monui: prolixe autem persecutus sum singulari capite, & in Propolit. pariter & in libr. de civil. Prudent. Qua parte Aristotelis moralia minus firmo stent tali, & quare, indicavi aperte epistola ad Rachel. Consensionem gentium sive omnium sive multarum, sive moratorum, probabilitatem duntaxat, non scientiam parere, notissimum est ex logicis, & passim à me ibidem inculcatum. Non obscure quoque libr. tum de civil. Prudent. tum in Propolit. alibique ostendi, ut justi civilis unicum principium est utilitas civitatis: ita moralis justi esse utilitatem humanæ cujusque naturæ. Hanc vero non posse recte constitui, nisi probe cognita humana natura, eaque humanæ mentis immortalitate & præmiis, pœnisque à Deo ipsi decretis, quæ cum Aristoteles non agnoverit, non potuisse

tuisse itaque in omnibus satis firmas demonstrationes, ab ipso in moralibus afferri. Vides ergo, illustrissime Domine, quam illud sit exiguum, quod equidem in P. desiderarem. Meo adminiculo non illum egere arbitror (valet enim ingenio & judicio) meis tamen lectis, poterit major nonnihil fiducia illi nasci: Tu urgeas illum, quo perget, spretis vulgi voculis, in tam præclaro instituto, ne quæso desistat. Neque enim dubito, ab illo nihil non exiguum

a) expectari, non in morali tantum, quam nunc excolent.

a) Puto, Conringium scripsisse: *eximium*.  
dam summis, sed Politica etiam Philosophia, ubi ad illam a-  
nimum aliquando appulerit. Vale & salve plur. Wolf-  
fenbütt. 25. Jan. 1663.

Tue illuſtr. Excell.  
Studioſ.

H. C.

## JUDICIUM LEGISTÆ DE EPISTOLA CONRINGII.

**Q**uarta epistola approbat maxima ex parte præceden-  
tem, desiderat tamen in ea justi civilis & moralis  
principium. Illius dicit esse utilitatem civitatis, mo-  
ralis vero utilitatem humanæ cujusque naturæ, quæ non  
possit recte constitui, nisi probe cognita natura humana,  
humanæ mentis immortalitate & præmiis pœnisque à Deo  
decretis. Sed justum civile & ethicum quidem differunt  
in se, interim tanquam principiata ratione unius causæ, &  
principii convenient, ideoque utriusque principium de-  
cretis divinis attribuendum. Quodsi enim justi civilis prin-  
cipium imputandum utilitati civitatis, a) in monarcho-

a) Injuriam facit Conringio cavillator, dum utilitatem civita-  
tis

tis opponit utilitati communi humanæ naturæ, quam Conringius haud dubie huic subordinatam intellexit.

machorum præcipitia incideremus, defenderemusque principium magis Epicureum, & Machiavellisticum, quo facit illud Euphemii dictum apud Thucididem: *Regni aut civitatis imperium babenti, nihil injustum est, quod utile, de quo Grotius noster b) d. l. de I. B. & P. in Proleg. in init. Quor-*

*b) Tuus Grotius? quid hoc novæ rei est? cum in censura præcedente Grotium ineptum scriptorem, tanquam Arminianum, esse dixeris, cum potius Justinianum tuum prædicaveris. Sed salva res est. Haud dubie Legista noster hæc ex ailio autore, Grotium magis estimante exscripsit, & absque judicio hanc vocem: *noster* retinuit.*

sum refertur illud Horatii satyr. l. 1. 3.

Ipsa est utilitas justi prope mater & æqui.

Qua ratione haberemus potius injustitiam, quam justitiam in civitate, prout istud eruditæ admodum notat Dn. Albert. d. l. p. 8. Quapropter stringendus erat & Autor præcedent. Epist. quod in suo tractat, *de officio hom.* & *civ.* juxta leges naturales & quidem in prefat. *ad lect.* socialitatem pro fundamento juris naturalis substernat. Secus faciebant olim jureconsulti, qui disceperabant causas omnes non tantum ex capite utilitatis, sed præcipue honestatis, certi, καλόν, honestum & æquum esse fundamentum juris naturalis & superioris, τὸ vero συμφέρον præcipue ad juris inferioris & civilis in specie dicti constitutionem pertinere. Imo ἀπό τῆς καλᾶς juris regulam imprimis arbitrabantur, v. Ciceron. 3. *de offic. 9.* Unde & Harmenopulus jus non definit artem, τὴς συμφέροντος, sive ejus, quod utile tantum sit; sed simpliciter τέχνην τῆς καλᾶς. l. 1. Tit. 1. §. 17. Et ut in Basiliis additur καί τοι. Plato ipse in Clitiphonte τὴν πολιτικήν ἐπισήμων definit. καλῶν καὶ συμφερόντων ἐπισημητοις τεκμητηρίαισι σύνηγε στόλοις. Eo scil. ordine, quo Claudianus seriem

seriem rei composuit, *panegyr.* 2. in laudes Stiliconis: *justitia utilibus rectum preponere suadet.* A qua sententia non discesserunt, nisi homines Athei & Epicurei, e quorum grege quoque fuit Horatius d. l. *Quemadmodum hos ipsos vocat Doctor noster B. Tabor* c) *b. m. in Corollario Commentationis synoptica de jure cerevisario adjecto. p. 107.*

c) At notum est, Taborem non solum fuisse inimicum Conrin-  
gi, sed & Legulejorum illius temporis antesignanum.

### EPISTOLA III.

*In qua Bœclerus nimis scabiose de Pufendorffo sentit, & contra Gro-*  
*tium suum nimis extollit.*

**D**E scripto P. liberanda est fides tibi obstricta, a) quam-  
a) Uti communiter sermo hominum mores & tempe-  
ramenta detegit potissimum vero in conversatione  
familiari, ita vel maxime etiam literæ ad amicos vel patro-  
nos datæ, quas ad publicam cuiusc. notitiam haud quaquam  
perventuras esse credunt scriptores, eundem usum præstare  
solent. Genium Bœcleri ex judicio Sarcmasii & circum-  
stantiis, quomodo in lite cum Sarcmasio se gesserit Bœcle-  
rus, suprà cap. ult. §. 5. descripsi. Egregie eundem depin-  
git præsens Epistola.

quam alias excusari in hoc negotio mallem. Sed tuum  
erit, Illustris Domine, obsequendi studio audacem venia  
prosequi & libertatem benignius interpretari. P. ingenio  
um habile, promptum, ad magna iturum, si modestiam  
magistrum adsciverit, amo & aestimo. b) Sincerius id quidem

b) Periculosisimum hominum genus, quod sub specie laudis  
vel amicitiz, & addito encomiis ~~etiorum~~ semper aliquo Ni-  
si, famæ illorum detrahere allaborat.

candidiusque quam hodie fieri solet. c) Deum habeo hu-

c) Id est: Alii forte Pufendorfum nimis commendant & lau-  
dant, et si ei non faveant; alii nimis eum vituperant pravis  
affecti-

**affectibus corrupti.** Ego sincere & absque affectibus de eo judico.

**jus animi testem, d) cuius me adeo non pœnitet, ut malim**

**d)** Sed tamen ad Deum testem provocat Bœclerus de sinceritate sua. Quis verò putaret, Bœclerum eò impietatis prolapsum fuisse, ut contra conscientiam propriam falso ad Dei testimonium provocaret? Verum nec hujus vitii eum reum facio. Qui se nel habitum adulandi & aliorum famam detrahendi per insidias acquisivit, more pharisaico misericordiam suam non agnoscit, sed sibi ipsi firmiter persuadet, se amare proximum, se in mediis vitiiorum actionibus Deo opus gratum facere. Ita Inquisitores sacri, dum innocentes igni tradunt, putant se id facere in gloriam Dei; ita Pharisi, dum Christum cruci affigebant, sibi persuadebant, quod opus Deo gratum facerent.

**de omnibus omnia bona dicere, ipsorumque dotes libera-**lius extollere, quam censura ad alios exitura e) uti. Ve-

**e) Id est: publice laudavit quemvis, & saltē clanculum &** per insidias calumniatus est sibi displices.

rum tua iussa mihi sanctiora sunt, quam ut audeam quicquam de sententia mea obtegere, certa spe fretus, te non minus, ubi erravero, veniam daturum, quin si quid recte iudicavero, tua altiore censura & examine ad limam revocaturum esse. Principio ergo mirari subiit, quod apud te tantum Mœcenatem, cui in ratione studiorum nihil ignorantum aut obscurum esse potest, jaclantius agere intitulit, & quasi sibi primum observata venditat, f) quæ publice

**f) Habes hic specimen adulationis pariter erga Boineburgium & impudentis simul calumniaz erga Pufendorfium. Nusquam enim Pufendorfius illa, de quibus hic agitur, tanquam sibi primum observata venditavit, sed solum recenset, qua occasione & quibus meditationibus ipse ad agnitionem errorum communium pervenerit.**

**g) nota erant, non dicam, antequam P. sed pene antequam**

**g) Quæ postea apud Bœclerum sequuntur, ipsa docent, qui-**busdam

busdam quidem paucis eadem fuisse cognita. At quæ pauci sciunt, non nisi per affectum vitiosum dici possunt, esse publice cognita.

Theognis nasceretur, Imperitæ juventutis aures crebro his acroamatis demulcentur; Sed apud viros graves talis oratio minime fuerit morata. Hujus generis est, quod tanquam singulares observationes suas ponit. 1) Intolerandum esse quod moralibus certa scientia denegetur. Ergo Hornejum h) suum non legit, (ne de aliis plurimis

h) In Horneii Philosophia morali euidem hac de re nihil inventio. Et aliud est Philosophiam moralem scribere ex Aristotele, aliud scribere demonstrationes morales.

i) dicam in hac quæstione serio & vehementer versatis)

i) Hac figura Rhetorica si non plerumque, s<sup>p</sup>cius tamen utuntur, qui nihil, quod restet, dicendum habent.

qui pro certitudine, quam vocant, moralis Philosophiæ tanquam pro aris & focis depugnant. Denique inter cives cordatos k) hæc thes<sup>s</sup>is semper certa & firma fuit: certam

k) Et hæc figura loquendi jam nimis nota est, ut parum attendi soleat à vere *cordatis*. Nam cordati plerumque vocantur illi, qui nihil minus sunt, quam *cordati*, sed qui adulantur illis, qui pro autoritate loquuntur, vel docent.

hic quoque & firmam dari sapientiam. 2.) Eo pertinet, quærela de libellis nihil præter undecim virtutum nomina continentibus. Jam olim in commentario Nepotis moveram istam querelam, l) quæ tamen quo desinat P. valere non

l) Sed quid inde. Neque enim Pufendorfius sibi inventionem primam querelæ attribuerat.

poteſt. m) Errant enim qui ex talibus libellis habitum v.

m) Sed cur non? Et quo *definat* (sic enim credo legendum esse) Pufendorfius suam querelam? Novum specimen invidiæ, ne Pufendorfius etiam in illis, in quibus cum Bœclere consentit, æstimetur, aut ametur à Boineburgio.

g. ethicum comparari posse putant. Sed qui novit cum P.

contemnere eos, facile invenit meliores autores, utinam veteres! in quibus tamen certum est, non tam verbatim esse P. quam jactitat. Constat mihi ea de re invictis argumentis. Omnibus votis ego optarem tantam P. cum veteribus Græcis latinisque contraxisse familiaritatem, quantum ille vult videri jam consecutus esse: Nemo me facile hic deceperit, nimis diu hoc saxum volvi. n) Et longe

n) Bæclerum inter primos fuisse ex Professoribus Philosophiz in Germania, qui sepositis grillis pure Aristotelicis vel Scholasticis bonos autores Græcos pariter & Latinos ex veteribus diligenter perscrutati sunt, ad laudem ejus omnino pertinet, modo non ipse hic istius laudis ebuccinator esset. Interim nimius contemtus Pufendorfii intuitu similium studiorum rursus docet, quantum vitiosis suis affectibus induxit Bæclerus, & Pufendorfius calumnias has Bæclerianas de neglectu scriptorum antiquorum non efficacius refutare potuit, quam ipso facto, in institutionibus juris naturæ & gentium postea editis illos autores passim allegando & inde testimonia vel exempla adducendo. Quamvis Bæclerus in sequentibus hoc calumniæ genus continuet, & cum summa sui ipsius prostitutione vix finem dicacitati suæ hic imponere possit.

alia jam vestigia talis peritiæ extarent, in opere P. si compos esset hujus facultatis: quum ne in Grotio quid satis intelligere eum aut estimare perswasissimum habeo. Scis, illustrissime Domine, melius, quam alii verbis poslunt exprimere, rarissimam hujus decoris, quod verbo tenus omnes adfectant, laudem esse. Quid mihi de antiqua Philosophia vendit, qui Græca cum P. perfunctorie attigit, qui Aristotelem, Platonem & alios non nisi alieno ore loquentes intelligit, qui interpretes ipsorum Græcos infinita doctrina plenos, qui Poetas cum doctissimis Scholasticis græcis, omne denique scriptorum græcorum genus, ne à limine quidem salutaverit? Pauca sunt, quæ de latinis habe-

habemus. At Græcorum thesauri immensi & inexhausti sunt. Quovis pignore deposito audeam certare, P. in alio orbe erraturum, si huc vocetur, & nimium mihi videtur, quod non verecundatur apud Te, Illustr: Domine, qui in luce rerum vivis, jactare ea, de quibus nescit rationem reddere. ( hæc res misera, eruditionis simulatio, artibus jactantriæ instructa, plerumque se ut vulgaris fæmina pro matrona venditat.) Progredior 3) ad commendationem operis de justi injustique scientia fundamentali, qua nihil opus est: Vino vendibili non est opus suspensa hedera. Et hanc cogitationem primum in capite P. natam, quam parum eget demonstratione? Et nescio, quomodo etiam post Grotii rectissima consilia minus mihi sapient cœtus eorum, qui Grotio sua debere dignantur, & post Homerum Iliada rectius elaborasse videri volunt. 4.) Maxime ingenuum est, quod fatetur P. se in Grotio & Hobbesio lecta in ordinem digessisse. 5.) Hoc adeo verum est, (legi enim per-

o) Nec hic fideliter sensum Pufendorfi exprimit, dum non folium Pufendorfius addit, se nonnulla Grotianis & Hobbesianis addidisse, sed & ipse de elementis à se editis modestè censet, quod emendatione & additione opus habeant. functorie, & loca locis comparavi) ut elementa P. si quæras, quid præter ea Grotiana habeant, non possint folium magis ostentare, p.) Hinc ergo perveniendum est 5.) ad

p) Hoc vel ideo non verosimile, quia Boëclerus non negat. Pufendorfum etiam Hobbesiana digessisse, præter Grotiana. Igitur si ne folium quidem in elementis præter Grotiana extaret, vel falsum esset, Pufendorfum etiam Hobbesiana digessisse, vel dicendum foret, Hobbesium etiam nihil præter Grotiana attulisse, quorum neutrum verosimile est.

unicum illud & maximum problema: Quid post & supra Grotium vel præstiterit, vel præstiturus sit. In Elementis sane summo studio annisus est, ut Grotiana sua faceret non sine

sine ingenio, id enim semper dixi. Sed nec sine ambitione. Quid ergo tandem præstit super Grotium? ἐσωματοποίησεν. corpus fecit hujus doctrinæ, & methodo digessit liberius à Grotio disposita. q.) Hinc plura quæri possunt: r.)

q) Et hoc non negat Bœclerus, nec negare potest. Et vel hoc intuitu ratione Grotii majorem laudem mereretur Pufendorfius, quod liberius à Grotio tradita in faciliorem, & perspicuorem ordinem redegerit, quam Bœclerus commentario suo in Grotium, quod in re etiam aperra dubia dubiis cumulando lectorem Grotii passim confusiorem reddere intenderit, vel etiam præter intentionem confusiorem reddiderit. Sane eruditio vera est, non, multa, et si verissima, memoria tenere, sed ea ordinate scire & perspicua methodo veritatem cum veritate conne<sup>c</sup>tare, atque multas conclusiones ex paucis principiis derivare.

r) Si Pufendorfius talia contra Bœclerum scripsisset, forte Bœcleri admiratores clamassent, unum stultum plus querre posse, quam centum sapientes respondere. Sed absit, ut amici Pufendorfi hoc axioma, ut pote à stultis, qui stultitiam suam non agnoscunt, inventum, Bœclero inculcent; Interm tamen & illud certum est, quæstionum cumulationem non raro indicium esse causæ non optimæ. Nam & sophistæ olim fallaciis plurium interrogationum, compositionis item, & divisionis, atque aliis in methodo disputandi alias optima per quæstiones, adversarios suos confundere solebant, & in Historia Evangelica Pharisæi s<sup>e</sup>pius Christum ejusmodi quæstionibus tentabant.

i.) Si Grotius, ut ipse fatetur in Prolegom. adeo non opus erat à P. inculcari, non totam jurisprudentiam naturalem & perpetuam exhausit, sed aliis nobiles partes tractandas reliquit, qui fit, quod in Elementis P. ea non supplentur, s.)

s) Responsionem ad hanc quæstionem invenies in ipsa Pufendorfii epistola verific: *Hinc ut sensum miseriatur fallere &c. imo ne quicquam (scio & fidenter sustineo hanc thesin.)*

præter

- præter Grotii tradita attrulit ? 2.) Si methodi gloria t.) unice  
 t) Sed idem versiculus docebit, nonnisi per calumniam dici,  
 quod Pufendorfius in illa methodo gloriam quæsiverit.  
 quæstra est, an puret P. eam se adeptum ? Negabunt hoc  
 illi, qui non possunt methodum eruditam agnoscere & Ma-  
 thematicorum exemplis dignam u) in eo, quod in primo  
 u) De gustibus non est disputandum : Alii contra invenerunt  
 etiam in illis elementis methodum eruditam, & communi  
 methodo Mathematicorum, si non in omnibus æquiparan-  
 dam, certè ob evidentiam & perspicuitatem illi præferendam.  
 Ego ipse hodienum etiam in una pagina illorum elemento-  
 rum plus judicii & evidentiz invenio, quam in Bæcleri scri-  
 ptis quibuscumque in decem vel pluribus paginis.  
 loco toties ad sua principia provocat, quæ utique præmitti de-  
 bebant, neque tamen nisi in parte posteriore comparent.  
 Quid ? quod contextus (ad *cauasatōnēs* scilicet aptus)  
 in toto opusculo plurimis dubitationibus locum & causam  
 relinquit. w) Nam quod in materia de pœnis *ἀκάίρως* x)  
 w) Non tamen ipse Pufendorfius tot infinita dubia susci-  
 tat, quot Bæclerus in scriptis excitare consuevit. Imo ipse  
 contextus Pufendorfi multas ejusmodi dubitationes relin-  
 quit nonnisi in animis ejusmodi Dubitantiorum.  
 x) Videtur respicere ad doctrinam Pufendorfii quod magistra-  
 tus non debeat pœnam delinquentibus, sed Reipublicz, &  
 quod delinquentes non obligati sint ad pœnam patientiam.  
 Sed quod Pufendorfius hic recte senserit ostendi in fun-  
 damentis juris naturæ & gentium. Cur vero Bæclerus di-  
 cit, ista *ἀκάίρως* à Pufendorfio docta fuisse ? An quia Profes-  
 sores Academicci, & potissimum Theologi ferre non po-  
 tent, reliquias Papatus Politici in capite de pœnis à Mathe-  
 maticis & Pufendorfio juventuti palpandas dari ? An aliam  
 ob causam ? Sed posito, Pufendorfium hac parte in capite de  
 pœnis errasse, in multo pluribus circa hoc caput erravit au-  
 reus ille Bæclero Grotius, ut passim commentatores docent.  
 utique ostendere voluit, se Weigelio & Mathematicæ ope-

A a

ram

ram dedisse, quale sit, vix inter eruditos dubitabile fuerit. 3.) An existimet y) P. Grotio illa principia Ethica ( talia enim

y) Stulta est & invida hæc quæstio, cum Pufendorfius nunquam asseruerit, Grotium principia moralia ignorasse. Et zque, ridicula hæc quæstio est, ac si querere velim ex Bœclero: an putaverit Pufendorfium ignorasse pedanticam illam à Bœclero hic adductam distinctionem inter principia in actu signato, & in actu exercito? Eque pedanticæ sunt quæstiones duæ hic sequentes.

sunt) ignorata fuisse, & non potius eum illa in actu exercito posuisse, quæ P. in actu signato ostendere voluit. 4.) Et quoniam ita se res habet, an hæc jurisprudentia naturalis appelletur recta & bona fide? 5.) An vero jurisprudentia rectius illa appelletur, quæ ex ipsis moralibus principiis suas conclusiones per argumenta seu materias sui systematis deducit? ut fecit Grotius. Hactenus de eo, quod præstitit P. Nunc de eo, quod præstiturus videtur. z) Hic

z) De hac quæstione magis impartialiter & minus pedantice judicavit posteritas, postquam Pufendorfius & majus illud opus de Jure Naturæ & Gentium, & brevius illud compendium de officio hominis & civis edidit, videlicet, salvo encomio Grotio debito, relinquens opus Grotianum & Pufendorfi scripta nocturna diurnaque manu versans.

primo mirari subiit, quod Tibi illustr. Domine tam oculato judici annumerat tanquam novam methodum, aa) ac

aa) Hic vero facile quis ex ipsa Pufendorfii epistola eum excusare potuisset, nimurum Pufendorfium ex modestia, & qui ipse de elementis suis ibidem modestissimè judicavit, credidisse, quod Boineburgius ea vel non viderit, vel nondum evolveret.

nunc demum provisam, ac in futuro opere adhibendam, quæ ipsissima est elementorum methodus. Brevius dici poterat: utar ea methodo, qua me usum esse in elementis vides. Nescio an me candidius. Deinde vident hic aliquid plerique

plerique, i. e. posse corpus quoddam plenum juris naturalis methodo & ratione concinnari; Sed (memineris olim voti non vani) neque P. neque Feldenus, consummati hujus operis laudem qui ferant, idonei forte fuerint. Causæ in alto recessu, neque mihi incognitæ. Juro Tibi bb) Illu-

bb) Magnus abusus juramentorum, & iterum ad reliquias Papatus Politici referendus, jurato confirmare velle veritatem assertiorum, quæ à meditatione & ratiocinatione & quidem in materia verosimili dependet. Quod nemo hodiè, qui sanx mentis est, præstabit, nisi insaniente præsumptione, de se ipso, & de præstantia aut eminentia ingenii proprii, sit infatuatus.

stris Domine, nemo hominum eo gloriæ procedet in hoc opere, quo processit Grotius. Manet, manebitque incomparabile opus, quod qui ulla in parte superate contendet, is posteris ludibrium debebit, imo fortasse (quod de plerique non credo tantum; sed cur credere debeam scio) quam non percepit rationes Grotio meditatas, patefaciet. Hoc ad summam quæstionis pertinere puto. Addam quæ extra rem accedunt. 1.) Judicium de opere Grotii quasi non pleno (monuit ipse, ut antea dixi) & in quo posuerit pro certis quæ dubitationem admittunt, (hoc peræque P. fecit, & ubi Grotiana in dubium vocat, haut raro fortiter refelli potest) denique quod ingenii humani laborem non effugerit. Ergo P. effugiet, cc) qui de liberorum debito erga paren-

cc) Nova cavillatio. Pufendorfius dixit, Grotium humaniquid passum non omnia acu tetigisse, ergo Pufendorfius de se præsumsit, quod omnia acu sit tacturus. Quis ejusmodi ineptas argumentationes non deploraret.

tes cultu pene cynica impudentia dd) loquitur, ne de poly-  
dd) Vereor, ne impartialis lector, qui ea, quæ Pufendorfius in elementis de officiis parentum & liberorum l. 2. ob. 5. §: 8. 9. 10. docuit, perlegere voluerit, potius de Bœclero dictu-  
rus sit, quod non quidem cynica, sed verè canina impuden-

tia tale judicium hic de Pufendorfio tulerit, ita ea, quæ ibi de liberorum cultu erga parentes dicuntur, sunt modestè dicta, et si ubique de fundamento obligationis in societate paterna & Grorius & Pufendorfius reliquerit aliis occasionem, difficultates in eo doctrinæ capite restantes aliis mediis tollendi, ut in institutionibus juris divini latius à me ostensum est. gamia ee) & aliis dicam. Sed id nunc agendum est, 2) de

ee) D. obs. 5. §. 7. ubi asserit polygamiam repugnare non juri naturali, sed saltem juri divino positivo. Quod hæc Bœclerus concoquere non potuerit, non adeo mirandum, cum peculiariis historia controversiæ de polygamia post publicationem majoris Pufendorfiani operis orta, doceat, tempore eo, quo Bœclerus ista scriberet, communem de polygamia jure naturæ prohibita doctrinam quasi pro articulo fidei fuisse habitat.

Legistis & JCTis veteribus & novis vel arguendis vel in subsidium vocandis puto me satis deprehendere vaga & non incorrupta loqui P. ff) 3.) De Scholasticis parum ad palatum

ff) Cum Bœclerus, ut ex appendice nostra I. appareat, de Legistis & JCTis eadem prope censeret, quæ Pufendorfius, saltem quoad hoc caput impartiali s lector non expectare poterat, ut Bœclerus Pufendorfium notaret. Sed tamen & hic singularis illa & rara arrogantia Bœcleri ipsi non permittebat, ut absque nota eum dimitteret, et si nota nimis generalis esset, & calumniz proprietor quam veritati.

Facientibus & scriptoribus casuum conscientiæ gg) itidem gg) Idem circa hanc censuram repetendum. Quasi scilicet impossibile fuerit, ut, quæ Pufendorfius bona observaverit, ab aliis etiam et si paucissimis ante ipsum notata, adeoque non ubivis obvia, non ex ipsius ingenio profecta esse potuerint, sed potius credendum sit, eam illa aliis furto literario abstulisse. Ut iterum taceam, Pufendorfium in recensione sua rum meditationum simplici & modesta nihil minus agere quam sui ipsius præconem.

alieno judicio, autoritate sua pronunciat. 4. De publici  
hh) me-

hh) methodo, mathematicorum scilicet à priori, & exemplis  
hh) Haud dubie legendum est *duplici*. Hic iterum impudens  
est censura Bœcleri, cum Pufendorfius nunquam afferat, se  
autorem esse hujus distinctionis.

plorum seu à posteriori, cur ut nova & nunc observata affer-  
runtur, quæ vel Grot. in Proleg. & alibi monuerat. 5.)  
Quæ de diffensu Gentium in capp. Juris habet, ex Seldeno  
sumta sunt, ii) cuius consilium scribendi operis parum

ii) Pudet me impudentia Bœcleri. Docuerat Pufendorfius gen-  
tes habuisse mores diversissimos. Eadem dixerat Seldenus;  
ergo Pufendorfius illa summis ex Seldeno. Si Seldeno tam ini-  
nicus fuisset, quam Pufendorfio, fortè dixisset, Seldenum  
illam assertionem furatum esse ex Cornelii Nepotis prefatio-  
ne. Quantæ iterum ineptiz!

dextre hariolatur. kk) 6.) Methodum illam à priori nescio

kk) Novum odii specimen. Tu quidem id dicis, sed nulla ra-  
tione probas, cui ergo ex vobis credendum? An te putas ab  
omnibus pro oraculo haberi debere? Si non genuinam cau-  
sam attulit Pufendorfius, cur non aliam & meliorem quideam  
saltem duabus verbis indicasti? Credo habuisse Te alias cau-  
sas (& jam in vulgus nota est simulatio honesta & modesta  
Seldeni cum Grotio) quas afferre potuisses. Sed vel ideo  
noluisti eas adducere, quia facile otfaciebas, tyrones esse ti-  
bi opposituros, propterea Pufendorfium non esse refutatum,  
cum unius rei plures possint esse causæ.

an satis candide opponat ll) methodo autoritatum & exem-

ll) Nova impudentia. Eodem candore has duas species me-  
thodi ut oppositas proposuit Pufendorfius, quo tu ipse cum  
Grotio tuo id modo feceras n. 4. Et vide quæsto stultijam  
objectionis tuæ, & ut eo melius sentias, cape exemplum si-  
mile. Dixeras alicubi, homines ratione sexus dividiti in ma-  
sculos & feminas. Adversus hanc sententiam tuam ita scri-  
pserat adversarius. Masculos Bœclerus an satis candide op-  
ponat feminis, euidem nescio, cum Deus utrumque se-  
xum conjunxerit, & conjungendos etiam esse in posterum

præcepérit. Jam quæsio, quid ejusmodi Phantastz respon-  
furus fuisset Bœclerus? Id sibi tum dictum putare debuisset.  
plorum. Cum & Grotius utramque conjunxerit mm) &

mm) Sed propterea tamen, quod Grotius hanc conjunctionem  
fecerit & aliis fvaserit, illa conjunctio non statim est com-  
mendanda. Ipse Pufendorfius postea, ut latratus adversario-  
rum suorum aliquo modo sisteret, in opere majore etiam  
duas illas methodos conjunxit. Ostendi tamen in capit.  
proœm. ad fundamenta juris nat. & gent. §. 3. & 4. quod ma-  
gis commendanda sit omissione testimoniorum & exemplorum.  
veterum sententias in practicis disjungi non debere statue-  
rit. Hoc quia jussisti nn) & parere decet jussis, si placet

nn) Jusserat equidem Illustrissimus Boineburgius, ut candide sen-  
tentiam suam de proposito Pufendorfii ipsi aperiret Bœcle-  
rus, sed non jusserat, ut vitiosas suas passiones invidiz, co-  
natus adulandi, calumniandi, nodos in scirpo quærendi, tam  
vivis coloribus depingeret, & sic verosimiliter sibi ipsi plus  
noceret apud Boineburgium quam Pufendorfio.

meam sententiam C. nostro oo) examinandam dare, me id

oo) Scilicet, ut Conringius viso hoc specimine etiam irritare-  
tur adversus Pufendorfium. Sed Conringius erat pruden-  
tior Bœclero.

non fiet nolente. Deus eminentissim. & sereniss. Electo-  
rem nostrum & Te sospitet. Scrib. Argent. 26, Jan. 1663.

*Illust. Tue Excell. Devotissimus*

J. H. B.

## JUDICIUM LEGISTÆ DE PRIORE EPI- STOLA BOECLERI.

**Q**uinta refutat tertiam ac defendit autorem illius o-  
mnia ex Grotio descriptissime, qui Grotius tamen sit  
incertus & absque præceptis. Hoc est ipsum, quod  
nos

nos antea monuimus. a) Jus enim si esse debet, certis præ-  
 a) Par nobile fratum. Sed nolim tamen Bœclerum compara-  
 re cum nostro Legista. Eruditior haud dubie fuit Bœcle-  
 rus, nec tanta stupiditate præditus. Sed nescio tamen, an  
 hoc multum profuturum sit Bœclero. Nam quo major stu-  
 piditas, eo minor esse solet malitia. Ceterum essent qui-  
 dem & hic contra dicta Legistæ non pauca monenda. Sed  
 credo pleraque, si non omnia, jam fuisse occupata in notis  
 ad ejus judicium super duabus Epistolis præcedentibus.

ceptis notatum requiritur; Potesas enim Legislatoria non  
 est privati hominis, puta Grotii vel alterius, sed quoad  
 naturale jus Majestatis cœlestis regale. Porro ferula cen-  
 soria notat prædictum autorem 3. Epist. dicitque, quod ea  
 ipsa, quæ loquitur de legistis & ICris veteribus & novis, sint  
 vaga & non incorrupta. Methodum quoque de corpore  
 juris naturalis pleno perficiendo carpit. Non repugnat  
 tamen posse corpus quoddam plenum Juris naturalis me-  
 thodo & ratione concinnari. Qua in re ipsi non assentior,  
 utpote quod jus istud jam dum perfectissime decalogo sit  
 inclusum, & per hunc primum cordibus humanis inscri-  
 ptum, postea externa promulgatione repetitum, Dn. Al-  
 berti *d. compend. Jur. nat. c.3. §.37.* Adeoque non opus est  
 novo corpore, quantumvis largiar, istud per certas con-  
 clusiones nobis innatas à ratione recta tanquam principio  
 dirigente doctrinaliter & illustrari & explicari posse, quod  
 ut plurimum factum in legibus Justinianis, quæ propter-  
 ea nunquam à jure naturali qua tales recedere feruntur.  
*L. 6. ff. de J. & J.*

#### EPISTOLA IV.

*In qua Conringius iterum multo modestius de Pufendorfio quam Bœ-  
 clerius sentit.*

**C**Vm B. & L. traderentur, hærebam in villa inter ar-  
 menta eoque respondere illo ipso momento non va-  
 cavit.

cavit. Cum adveniat nunc P. literarum novum Apogaphum, a) Musis mihi redditis paucissimis ad omnia re-

a) Videlicet non epistolz illius prioris, quam <sup>supr</sup> exhibuimus, sed alterius subsequentis epistolz, quam autor solis resplendentis ipse non exhibit.

sponsi aliquid accipe, L. institutum per placet, b) quod

b) Credo per L. hic denotari Lambecium.

sc. velit ille promere thesaurum Viennensium MSS. velim autem plenius instrui de illo thesauro, ne forte hiantes corvi deludamur. Igitur quæso cures indicem tibi mitti MSS. quales jam tum reperitur. Nam expectare L. novas curas fortassis indidem fuerit. B. (quas reddo itidem bona fide & semper reddam) multum habent bonæ frugis, sed non satis perspicio, num petant tantum litteras illas, an vero etiam elementa P. Hæc non nisi currente lectione inspexi, neque hactenus in Bibliothecam meam recepi, eoqne nihil aliud de iis pronunciare possum, quam placere, quæ lecta mihi sunt, & expectare similia de reliquis. c) Fere quale

c) Vide quam modeste in comparatione ad Bœcleri immodestiam hic scribat Conringius et si ut ex seqq. appareret, per censuram liberiorem à Pufendorffio quodammodo lacesitus. quid olim de Heracliticibus fertur Socrates dixisse. In veterum lectione non perinde versatur P. & semper mihi visus est, imo visus est illorum contemtor, fretus sui ingenii fiducia, & tamen non dubito posse multa ipsum præstare, si ingenii vires intenderet; plura autem longe præstiturum, si veterum d) & recentiorum magis sollicitacura

d) Ex his etiam appareret, cur Pufendorfius in majori opere veterum & recentiorum testimonia adjecerit. Repete dicta superius ad Epist. 3. lit. mm.

libros volverit, igneos animi impetus temperaverit in circumspectam aliquam moderationem. In postremis video mihi verti vitio, ab illo nimium Aristotelis cultum, quod sim solli-

sollicitus Aristotelem testem e) ad omnia pronunciata ex-

e) Hic quidem excusandus est Conringius, cum illo tempore  
moris esset, ut in quibusdam, etiam Protestantium Princi-  
pum Academiis, Professores cogerentur jurare in Aristotelem,  
citare, ut ab ipso dissentire prope piaculo ducam: quæso in-  
quire, quid ille tandem meorum legerit, & ubi tale quid  
observerat. Quid in morali Philosophia Aristotelica ego de-  
siderem, multis locis aperte indicavi, simulque haud dis-  
simulavi, quid censem de toto opere analytico Aristotelico,  
ne quid de aliis dicam. Majoris à me fieri Aristotelem non  
miretur; Letus enim mihi ille est cum cura, non supine  
contemtus, aut more vulgari, quem ipse est sectatus, f)

f) Docet hic Conringius, quomodo quis etiam modeste adver-  
sarium pungere possit.

mihi tritus. Fateor tamen, si abs me alicui g) id sit com-

g) Legendum haud dubie: *alicubi.*  
missum, quod ille criminatur, culpam abs me commissam  
esse. Idem enim in aliis jam dudum improbavi, studui vero  
semper ita ab illa alienus esse, ne tamen ex adverso possim  
merito argui spretæ Aristotelicæ sapientiæ. Quam ego me-  
ditor legumlatoriam prudentiam, diversam esse ab illa  
Juris naturalis prudentia sua recte advertit P. Ipsius enim  
Ethica est mea Politica. h) De legislatoria in scientiæ for-

h) Hoc ita intelligo: Jus naturale est pars philos. moralis. At  
Pufendorfius in jure suo naturali tractat potissimum de so-  
cietate civili, qui tractatus ad Politicam spectat.

mam redigenda i) vix ante Hopperum quis cogitavit. Ita-

i) Notum est, Conringium jam anno 1656. Hopperi opus edi-  
- diffe, & valde commendasse, & anno 1662. non solum pro-  
politica, sed etiam tractatum de civili prudentia edidisse.  
Neque diffitendum est, Conringio multum debere non solum  
JCTos sed & ipsum Pufendorfium intuitu juris publici, qua  
de re dixi in dedicatione novissimæ editionis notarum ad  
Monzambanum. Sed quod ejus propositum de forman-

da prudentia legislatoria attinet, laudandus quidem & hic est ejus conatus, verum quod hoc intuitu multa fint in ejus modo citatis tractatibus notanda, fusius patebit ex iis, quæ differui in prioribus tribus capitibus de prudentia consultatoria, potissimum capite 3.

que non miror Hopperiana paucos assequi. Fortasse dabo illis majorem lucem. k) Principium primum illorum,

k) Quod Hopperianum opus commendaverit Conringius, e- quidem non mirandum, cum Hopperus methodo partim Pla-tonica, partim Aristotelica & scholastica, opus illud elabora- verit, atque subtilibus & multiplicibus decisionibus & sub- distinctionibus usus fuerit, secundum quam methodum et iam informatus fuerat Conringius, & excusari solebat tum temporis inepta ista multiplicatio divisionum vulgari axio- mate: (in se quidem bono, si recte intelligatur) *Qui bene di- flinguit, benè docet.* Sed tamen postquam coepit, & moralia & politica omissis grillis Scholastico-Aristotelicis & Pla-tonicis proponere sermone perspicuo ad captum omnis ge- netis hominum, etiam terminos metaphysicos ignorantium, certo persuasus sum, hominem veritatibus perspicua sim- plicitate proponi solitis assuetum, nonnisi cum maxima aver- fione & nausea legere posse Hopperi istud opus à Conrin- gio hic commendatum.

quæ ad justiciam particularem attinent, esse naturam ho- mini socialem, recte itid. habet P. Reliquarum autem vir- tutum ibidem sua sunt propria, itidem pertinentia ad natu- ram humanam, sed non in quantum illa socialis. l) Fac

l) Sed cur non? Sane liberalis homo, magnanimus, mansve- tus, patiens &c. maximè (& præ ceteris, qui absque his vir- tutibus neminem quidem lèdunt, sed nemini etiam bene- ficia vel officia humanitatis exhibent,) socialis est.

āmabo, uti tentat, num possit demonstrare fortitudinem vir- tutem esse, non posita animæ immortalitate. m) Quin imo

m) Miror Conringio hanc objectionem excidisse. Si enim modo rectè explicetur fortitudinis natura, sive fortitudinem togatam sive

sive sagatam intelligas, nullam rationem obstantem video, cur non utriusque moralitas, (zque ut v. g. temperantiz, liberalitatis &c.) demonstrari possit abstrahendo à quæstione de immortalitate animæ. Ipsam hanc quæstionem vero quod attinet, utraque sententia defendi potest, & immortalitatem animæ esse ex natura demonstrabilem, & eam solum ex scriptura ut articulum fidei esse dèducendam, prout *immortalitatis* vocem explices. Dixi in Cautel. circ. præcogn. Jurispr. cap. II. §. 74. & 75.

jube demonstret, naturam humanam ita exigere societatem, ut illi n) utilitas specialiter præferenda sit, quæ non

n) Forte legendum, illa.

nisi o) socialia jura violat, nisi simul pœnas & præmia de-

o) Forte legendum, que jura socialia non violat.

functis expectanda. Utrumque si præstiterit, mutabo sententiam. Nec dubites autem illum id non posse, quum ipse S. Paulus diserte agnoscat, miserrimos fore pios quosque, p)

p) Verba Pauli sunt I. Cor. 15. vers. 19. *Si in hac solum vita spem-mus in Christum, miserrimi omnium hominum sumus.* Sed falsum est, quod Paulus hic loquatur de piis omnibus, ut putat Conringius, sed potius contextus ostendit, eum vel loqui de Apostolis, qui multa patiebantur propter Christum, vel etiam de Christianis, quatenus persecutionibus Iudeorum & ethnicorum erant expositi. Conf. Hammond. & Cleric. ad illum locum. Et nullum est dubium, non omnes pios in hac vita esse miseros, uti zque certum est, non omnes miseros in hac vita esse pios. Deinde uti Apostolus prolixo in eo capite disputat contra eos, qui negabant resurrectionem, ita perfectio totius capituli ostendit, eum etiam pro more disputantium ibi usum fuisse variis argumentorum generibus. At communiter receptum est, ut in defendenda thesi & refutanda antithesi passim utramur argumentis non solum probantibus, sed & illustrantibus; (de quibus, si separantur à probantibus, notum est proverbium: Exempla non probant, sed illustrant,) Imo non solum convincimus adversarios per assertiones hypothesium nostrarum, sed etiam

sæpè disputamus ad hominem, ostendentes, assertiones nostras etiam probari ex ipsis adversariorum hypothesibus, et si forte erroreis. Ad hanc posteriorem classem etiam referenda est doctrina de miseria proborum, qui injusta patiuntur ab improbis. Communis est hæc objectio, etiam eorum, qui inter ethnicos pro sapientibus habentur, etiam à nostris, & qui se inter Christianos putant esse prudentiores laicis, quod providentia & justitia divina sine articulo resurrectionis mortuorum defendi nequeat, quia nimirum in his terris sæpe probos miseria, improbos felicitas comitaretur. Notum est illud Claudiani initio poematis in Ruffinum:

*Sape mibi dubiam traxit sententia mentem &c.*

Sed adversus hanc sententiam vide, quæ jam docuerim in der Einleitung zur Sittenlehre cap. 3. §. 20. & 21. nimirum falsum esse, vere probos esse etiam in hac vita miseros, falsum esse, improbos etiam in hac vita esse felices, sed illos pro miseris, hos pro felicibus haberí ab illis, qui erroneous conceputum de vera felicitate & infelicitate habent &c.

Si nulla sit resurrectio, ideoque ponat, pietatem non esse viam impetrandæ felicitatis, nisi anima fuerit immortalis & defunctis sit beatitudo expectanda. Nolim tamen hoc illi statim indicari, sed dum ubi operam se perdidisse ipse met senserit: facile autem sentier, qua valet ingenii acrimonia. Quis vero est ille P. Collega, de cuius ille judicio con queritur? Vindicat vero se non male: verissimum enim est demonstrari & moralia posse, quantumvis apud populum frustra id tentaveris; & ibi sufficiat imperantium autoritas, præmiis & poenis munita. In quam sententiam differui, in ipsam præfatione ad Vicelium. Similiter non ad politi cam spectat judicare, quid male, quid recte sit de moralibus demonstratum. Nam tantum, quæ doctrina publice in civitate admitti debeat, Politicæ cura est. Quæ in suis elementis docuit P. de naturali obligatione liberorum erga parentes, ut & de juribus matrimonii, non sunt mihi lecta.

Video

Video autem eadem à B. damnata esse, itaque vereor q)

q) Uti hactenus Epistola hzc Conringii ipsius modestiam, & sapientem patientiam vivis coloribus depinxit, ita hic observa ejus singularem prudentiam. Quz hactenus de Pufendorfio scripsit, satis testantur, quod plane aliter de ejus aptitudine ad exponendum jus naturæ senserit ac Bœclerus. Non tamen putavit tutum esse, si Bœclero in barbam contradicerit, cum Bœclerus hactenus cum ipso amicitiam coluisse. Ideoque fingit, acsi Pufendorfi elementa non legisset. Credo forte ante acceptam epistolam Boineburgii saltem superficiarie legisse Conringium dicta elementa. Credo etiam, non extitisse hzc elementa in bibliotheca Conringii, ut ab initio hujus epistolæ asserit. Sed vix mihi persuadeo, quod Conringius censuram Bœcleri adversus Pufendorfium, de animi Bœcleriani intemperie in omnibus lineis testantem, legens tam parum curiosus fuerit, ut hzc elementa non ab anno e-  
volvenda acceporet.

ne quid habeant improbitatis. Legam & judicabo, ubi otium naftus fuero. In universum id habendum: pulchram esse Philosophiam illam, necessariam tamen scitu non esse, cum habeamus Magistros morum longe certiores & diviniores, fallere scilicet & falli nescios. Nihilo minus si perrexerit in instituto P. rem egregiam præstabit, id quod meo nomine ipsi poteris affirmare. Mitto libros meos in usum serenissimi Electoris uno volumine compactos, quos ut velis offerre, cum obsequii mei humillimi præmissu, etiam atque etiam rogo. Alia occasione habebis & tu Propolitica. Nunc suffecerit inspexisse isthæc. Vale illustriss. Domine, & ut plurimum salve. Helmstad. 1663. d. 20. Febr.

*Illustr. Excell. Tuo Studioissimus.*

H. C.

Bb 3

JUDI-

## JUDICIUM LEGISTÆ DE EPISTOLA CONRINGII.

**S**exta (Epistola) quadantenus reprehendit Auth. Epist. 3. quod nimium fiduciae ingenii inhæreat, parum veretur autem in lectione Veterum. Nec placent ei ignei impetus ejus viri; Nec legisse eum cum cura Aristotelem. Ipse scriptor tamen sextæ Epistolæ confitetur, se legislatoriā prudentiam diversam a juris naturalis prudentia mediari. Quæ res nova est, parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. a) Ita hac ratione Author iste in foro Juris

a) Scilicet de homine, cuius rusticitatem adversus Pufendorfium haec tenus ex eo excerpta fere in singulis paginis palpandam exhibent. nequaquam sperandum erat, ut Conringio non æque rustice insultaret in controversiis, quæ huic cum Tabore intercedebant. Nimirum ægrè ferebat Tabor, quod Conringius docuerat, jus publicum Germanicum male à JCTis misceri, cum doctrina Politica, & male etiam ab iisdem in controversiis juris publici allegari leges Justinianæas, item quod distinxerat Conringius inter juris peritum, & jurisprudentem. Unde graves inter Taborem & Conringium controversiz oriebantur. (Vide dedicat. edit. ult. notarum ad Monzombanum, Joh. Jacob. Avianum in sylloge illustr. controv. academ. controv. 1. & 2.) communiter JCTis Taberi ut JCTq celebri adhærentibus & Conringium vi, clam, precario, persequenteribus. Sed vicit tamen successu temporis causa Conringii iustior. Non tamen cessarunt hostes Conringii, quoties se offerret occasio, eum vellicare, & quo stupidiores essent, eo insolentius eriam Viro Erudito insultabant, Taborem suum absque judicio exscribentes, & diversissima inter se miscentes, ita ut lector impartialis putet se legere meros sine mente sonos, non quidem hominum furiosorum aut mente captorum, sed febre ardente ægrotantium, aut in somno confusissimo loquentium. Cave autem, ne putas, me ex nimio affectu Conringio favente ista scribere, sed, si ea de re dubites,

dubites, lege saltem, & quidem cum attentione lege, præsens Legistæ judicium, & videbis, me in describenda hancin-  
fanis, si peccavi, non in excessu, sed in defœtu peccasse.

consultorum sibi partis docendi arogare, JCros vero alios de sui latifundii possessione, ut fines eorum occuparet, de-  
jicere videtur. Et quis hoc officium ei demandavit? Po-  
testas legislatoria ad summam pertinet potestatem, quam  
author tanquam privatus affectare non deberet. b) In re

b) Hic vero nescio, an risum tenere tibi possibile futurum sit,  
an potius sis ploraturus. Idem est, ac si quis increpare vel-  
let autorem de prudentia sexus fœminei commentantem si-  
milibus verbis. *Sexus fœminus faminis proprius est nec commu-*  
*nis cum maribus, quem adeò sexum autor tanquam masculus conterà*  
*ordinem divinum affectare non debet.* Aut (ne forte Legista no-  
ster secundum receptam Sophistarum methodum mihi obji-  
ciat, non valere instantiam meam à qualitate physica desum-  
tam, in quæstione de re politica) si forte autoris amicus scri-  
bere voluisset de prudentia & imprudentia Syndicorum Gör-  
licensis, & alias amicus autoris hunc increparet. *Quis*  
*tibi hoc officium demandavit?* *Syndicatus Gorlicensis ad eum per-*  
*nuit, qui à senatu Görlicensi banc potestatem accepit, quem adeo au-*  
*tor tanquam hac constitutione carens, affectare non deberet.*

ipsa forte arbitrabitur juris peritiam a Jurisprudentia se-  
cernendam, c) ita ut jurisperiti leges tantum norint; pru-

c) Vides hic tangi ab autore controversiam Conringii & Ta-  
boris, modo lit. a, breviter indicatam. Fortè non ingratum  
erit lectori, tam ad intelligendam miseram Jurisprudentiaz  
conditionem in illo tempore, quam ad eo melius percipien-  
dam stupiditatem Legistæ, hoc loco Taborem absque mica  
saltem judicii exscribentes, si originem & progressum con-  
troversiaz Conringianaz paulo distinctius, quamvis breviter, hic  
proponam. Conringius natus circiter anno 1606. mortuus  
est anno 1682. ætatis 75. Tabor natus anno 1604. mortuus  
est anno 1674. ætatis 70. (vide Wittii diarium) Anno 1635.  
(vide edit. de anno 1652. statim ab initio dedicat. & p. 59. ma-  
xime

ximē p. 69.) primē editionē Taciti de morib⁹ Germanorū Conringius pr̄mis̄erat pr̄fationem satis prolixam, in qua post monita erudita de maxima voluptate studii historici & hujus voluptatis causa, de ejus utilitate, neglectu, de historiarum selectu ad rem publicam aspirantibus & ad prudentiam civilem comparandam necessario, item de necessaria accurata notitia status imperii Germaniæ, graviter notavit, in studiis juris publici vulgo duplicem committi errorem, primum confusione juris publici cum prudentia civili, alterum deducione illorum jurium ex legibus Romanis. Posterioris hujus erroris originem ex historia recepti juris Romani in scholis Italicis dedit, ac errorem ipsum breviter refutat, simul docens, Romanas leges Germanos nequaquam ex aliqua justitiz necessitate obligare, & nunquam Imperium Germanicum in jus publicum Romanum consensisse. Anno 1643. (vide de morib⁹ Germ. edit. 1652. p. 69. & de Or. Jur. German. edit. 1665. in Pr̄f.) (4. b.) prima vice tractatum de Origine Juris Germanici ediderat Conringius, in qua cap. 23. seq. veram historiam reducti juris Romani in scholas & fora Italica, cap. vero 31. seq. historiam introductionis Juris Romani in scholas & fora Germaniæ seculo 15. distincte exposuit. Ægre hanc doctrinam Conringii ferebant JCTi, & vel maxime eo, quod Conringius professione medicus esset, unde non poterat ulterius tacere Tabor JCrus illo tempore & Professor in Academia Argentoratensi, sed eodem anno 1643. mense Februario (vid. Tab. Racemat. p. 380) in disputatione quadam de metatis cap. 5. §. 4. seq. Conringii assertionem de jure publico Germanico nequaquam ex legibus Romanis deducendo, refutare aggressus est imbecillibus quidem, aut quz statum controversiz mutarent, rationibus, sed tamen modeste & absque contemtu Conringii. Et utinam in his terminis mansisset. Sed nescio, quo raptu commotus idem Tabor Anno 1645. dissertationes tres de metatis & epidemeticis coniunctim edidit, & Augusto Duci Brunsvicensi easdem dedicavit, in dedicatione vero conquestus est de quibusdam, humanitatis & doctrinæ mansuetioris ornamenta & insignia

insignia præferentibus, sive ut salutari ament, Aristarchis  
illustribus, artem juris & æqui intestino bello indesinenter  
oppetentibus, item de hominibus otiolis, & suarum rerum  
pertæsis, in alienis circulis agentibus, sciolis, utramque juris  
prudentiaz positionem attentantibus, ita ut ex una parte juris  
publici professio Themidi plane adimeretur, & nescio cui tandem  
Philosophiz parti assignaretur &c. Ubi quidem non nomi-  
naverat Conringium, sed tamen inter alia meminerat *Medici no-*  
*stri singulari phrasí de verborum diarrhœa diffluentibus utentis.* Et  
in fine dedicationis non obscure indicaverat, quod mutus Can-  
cellariatus apud præfatum Ducem ambiret. Non tacuerat  
Conringius, sed nescio, in quo scripto, aut quo anno publicato  
Tabori paulo sensibilius responderat; eique etiam inter alia  
objecerat affectationem Cancellariz dignitatis (Vero simi-  
liter id scriptum continet in præfatione apologetica, quæ  
jam extat in edit. tertia de orig. jur. Germanic. p. 274. seq.)  
Meminit huius scripti Tabor in racemationibus criminalibus  
anno 1651. editis ad tit. ff. si familia furtum fecerit, p. 279.  
seq. idque famosum & atrocem libellum appellat, & in-  
auditæ procaciæ contra omnes christianismi regulas com-  
missæ accusat, ac de Conringio conqueritur, quod totam  
dedicationem sibi aptet, & autorem illius calumniarum, arro-  
gantiæ, immodestiaæ & impotentiaæ animi arguere & postulare,  
denique paradoxum suum non tantum defendere, sed & mul-  
tis absurdioribus cumulare ausus fuerit. Contestatur etiam,  
se non magis in dedicatione illa de Conringio, quam de lu-  
dione Argentoratensi an das kleine Frummie Geigerlein zu  
Strassburg cogitasse, & simul respondet ad objectam affecta-  
tionem muneris cancellarii. Idem Tabor in iisdem racema-  
tionibus p. 544. seq. occasione quæstionis de usu hodierno ju-  
ris justiniæ in Germania, Conringii doctrinam in libro de  
origine juris Germanici passim propositam taxat, eamque in-  
crepat, atque ulteriore refutationem ei minatur. Præterea  
etiam pag. 314. & 442. Conringium tacite pungit. Sequente  
statim anno 1652. Conringius novæ editioni Taciti de moribus

Germanorum post præfationem pristinam p. 59. seq. etiam adjungebat novum proœmium (quod etiam deprehendes in editione tertia de Orig. Jur. German. p. 294. seq.) in quo non solum p. 61. seq. iterum epistolæ Epidemeticis præfixæ responderet, sed & p. 65. seq. fallacias Taboris, in Racemationibus commissas, distincte, quamvis breviter, proponit. In specie vero p. 76. seq. ea, quæ Tabor, nescio ubi, doctrinæ Conringianæ de testamenti factione priscis Germanis haud usitata, nec etiam multum Reipublicæ utili, opposuerat, destruit, (qui locus valde illustrat ea, quæ alibi in peculiari dissertatione de origine successionis testamentariæ differui.) Hac occasione autem p. 84. tale judicium de Tabore subjungit; *sancit sic satu do-  
rum legulejum, & lati juris peritum se se ostendit passim*, prudentem sive lati, sive ferendi juris perquam raro, de quo discrimine di-*latum alibi est accuratus, & Taborem fortasse jam docuit Antonius  
Faber, plenius autem docuisset Ioachimus Hopperus &c.* Non poterat non Taborem, utpote temperamento non parum ambi-*tioso præditum, mordere, quod Conringius inter legulejos  
eum rejecerat, ac simili prudentiam juris ipsi negaverat; hinc  
mentis suæ parum compos anno 1653. d. 12. Septembr. in pro-  
grammate invitatorio ad promotionem solennem de testamen-  
tis differere incepit, quasi sacra funebria iis celebranda, aut  
herciscunda aliqua hereditas, aut mortis candidati in crastini-  
num producendi essent, in Conringio vero traducendo & ca-  
lumniando chartam omnem occupavit, non quidem prout  
s'everat alias, sed plane enormous in modum, iis calumniis,  
quas ne à scurra quidem aliquo, aut homine nequam, vel scé-  
lestissimo nebulone se expectasse dicit Conringius, quia non  
salsis quidem dicteris eum excepérat, sed in corporis staturam,  
in doctrinam, in vitam & mores ejus infami more invectus  
fuerit, ac in fine programmatis annunciarerit, sequenti die  
candidatorum aliquem inquisiturum esse: An probabilis sit  
novatorum distinctio inter jurisperitum & jurisprudentem?  
Denique in ipsa panegyri tum à Tabore tum ab aliis Con-  
ringius novatoris, stellionis & aliis convitiis maculatus fuit.  
Ipsum programma non vidi, sed refero saltem, quæ ipse Con-  
ringius*

ringius inde excerptis in epistola ad lectorem operis de finibus imperii primæ editioni 1654. annexa & tertiaz editioni libri de origine juris Germanici iterum subjuncta p. 810. seq. in qua Conringius, præmissa litis historia, sententiam suam de testamentorum usu & de distinctione inter juris peritiam & prudentiam confirmat, & ratione posterioris Tabori lectio nem operis Hopperiani de vera jurisprudentia & imprimis quatuor ultimorum titulorum libri quarti commendat, & in specie crimen stellionatus ipsi a Tabore imputatum p. 318. removet. Eodem anno 1654. (vide præfat. ad edit. noviorem anni 1674.) publicaverat Conringius dissertationem ad l. i. Cod. Theod. de Stud. liber. urbis R. & Constant. in qua cum etiam politicam legis interpretationem proponere vellet, inter alia dixerat p. 54. Hopperum etiam agnovisse hanc politicam interpretationem dict. oper. lib. 4. tit. 16. & 23. Anno 1656. mense Februario Tabor edita dissertatione de jure cerevisiario in fine partis primæ p. 29. probare voluerat, Hopperum ipsi à Conringio in dict. dissertatione commendatum, professoribus academicis politicam legum interpretationem potius dissimilare, quem in finem ex Hoppero priora d. tit. 23. verba adduxerat, eaque à Conringio dolose fuisse omissa annotaverat. Contra Conringius, qui eodem anno 56. novam Hopperiani operis editionem fieri curaverat, in dedicatione ejusdem inter alia ostenderat, Taborem vel fraude, vel ex infiducia mutasse statum, controversiæ, (cujus adeo dedicationis excerpta hoc pertinentia leges etiam in tercia editione de orig. jur. Germanici p. 322.) An aduersus hæc postea Tabor novi quid scripserit, ignoror. Additum quidem legitur mez editioni de jure cerevisiario ann. 1656. corollarium de dizypho von Doppel-Biere. Sed tota pars secunda practica hujus dissertationis à p. 31. ad finem, (cujus appendix est dictum corollarium) videtur primæ absque nova ejus impressione esse adjecta, post aliquot annos ab ipsa disputatione habita, nec aliter esse potuit, cum in ipsa hac parte secunda p. 42. & 62. allegentur responsa iuridica anno 1661. & 62. data. Dicitur ab initio

hoc corollarium esse adjectum in gratiam Fastosi Maximi, (ita enim Conringium vocat) in ipso corollario Salaputii nomine eum compellat, & totum corollarium aliquot foliis constans, non rationibus ullis, sed injuriis, tantum non scurrilibus & sarcasmis replet. Anno 1662. Conringius in libello de civili prudentia cap. 3. a p. 23. ad p. 45. fusius quidem ostendebat differentias inter varias juris peritiz species & prudentiam civilem, & hac occasione quidem communem dissentientium sententiam & praxim notaverat & refutaverat, sed rationibus tamen generalioribus, & quæ in specie ad item cum Tabore restringi vix possent. Prima hujus libri de civili prudentia rudimenta Conringius jam anno 1649 in gratiam selectorum aliquot juvenum conceperat, ut ipse in præfatione eorum Anno publicationem civilis prudentiz sequente 1663. sub titulo Propoliticorum editorum indicat, in qua simul mentionem facit, quod in his propoliticis jam de differentia inter juris peritiam & civilem prudentiam disseruerit, & quod tamen hoc non obstante multi ex inscitia magnis præconiis ineptias suas continuare audeant. Ac tales chartas non ita pridem ipsi oblatas esse pergit, quarum autor cum nihil sapiat ultrâ maxime plebejam juris notitiam, non erubuerit tamen affirmare, suam illam peritiam solum Regiam esse & Regum, ceteras autem tantum instrumentales & administrativas: illam certam esse, finitam & perfectam, has vero vagas, fluxas, incertas & imperfectas; &c. quæ verosimiliter iterum Taborem respiciunt. Tandem anno 1665. Conringius tertiz editioni tractatus de origine juris Germanici novam præfationem adjunxit, in qua post medium, brevem synopsis controversiz cum Tabore exhibens, subjungit, quod post dissertationem de cœvisario jure, & responsonem suam in Epistola, operi Hopperiano præfixa, aliquandiu inter ipsos quieta omnia fuerint, Tabore ad Aulicos cancellulos nonnihil admoto, quos tantope se hactenus, suæ ineptitudinis parum præ fastu gnarus ambierit. Simulac vero jocante fortuna relapsus in scholam fuerit, rediisse statim homini pristinum furorem, recœcto videlicet nuper (unde confirmatur observatio mea, quam modo de-

corollarii illius publicatione dedi) cerevisario jure eique ad-juncto de Dizytho corollario: quod cum tantum convitiis & calumuiis sit refertum, nolle Conringium cum istiusmodi ex-cetra committi, sed potius seipsum invitare quemvis ad ejus lectionem, ut ingenium sycoplantꝝ discat & plusquam in spe-culo effigiem & inepti & maledici hominis ibidem deprehen-dat. Simul vero commendat Taboris Generum (Praſchium) ut virum bonum & doctum, utpote qui, quam diversa in hac controverſia à ſocero ſuo ſapiat, indicaverit in elegante libel-lo de vero & personato JCto nuper (id est 1664.) vulgato. Atque ſic finita fuit illa inter Taborem & Conringium con-troverſia. Cui paucissima adhuc liceat adjicere in declaratio-nem eorum, quz Conringius de admoto nonnihil Tabore ad cancellos, & mox jocante fortuna in ſcholam relapſo, di-xerat. Anno 1657. Tabor adhuc Argentorati dissertationem de regimine imperantium ecclesiastico edidit. Anno vero 1663. Academiz Giessensis Typographus quinque diſputationes de confron-tatione ab eodem Tabore jam ante in eadem Academ-ia Giessenſi habitas conju[n]ctim edidit, ubi in titulo Tabor vocatur Principis Hasso-Darmstadensis Consiliarius, & Univerſitatis Giessenſis Cancellarius & Professor Primarius. Et me-minni me audivisse in juventute, quod Tabor circa annum 1660. vel paulo ante ex Academia Argentoratenſi in aulam Darmstadensem vocatus fuerit, ut inter consiliarios non ſo-lum iuſtitiz, ſed & intimioris admissionis vota ferret. Sed hunc honorem non diu duraffe. Cum enim ſubditi Hassiaci conqueſti eſſent de danno aliquo à vicino quodam Imperii Statu ipſis dato, & in confilio deliberandum eſſet, qua via breviſſimè & ſubditis & intereſſe Principali conſuleretur, conſiliariorum vero unus hoc, alter aliud medium propoſuiffet; Tabor cum ordo votandi ad eum perveniffet, fertur, mul-tis verborum ambagibus dixiffe, ſe mirari, quod collegꝝ tan-quam de re dubia deliberarent, & conſilia plane illegalia affer-rent, cum tamen diva jurisprudentia Justinianejam dudum item omnem ſuſtulerit, ſecundum quam videlicet instituen-da ſit vel in Camera vel in iudicio Aulico nulla alia a&io, quam legis

legis Aquiliz, eumque in finem non solum multos textus juris Civilis sed & JCtos noviores illum allegasse. Cum vero Princeps in hac deliberatione præsens naufragium non levem ex hoc voto Taboris susciperet, & reliqui consiliarii legulejismi Taboriani jam diu impatientes, gauderent, se occasionem nactos esse, Principem in illa naufragia confirmandi, dicitur, istud medium excogitatum esse, ut Tabor bona cum pace iterum ex aula dimitteretur, & in Academia Giessenensi rerento titulo Consiliarii Principalis, Cancellariatus & Professionis in jure primariz dignitate fungeretur. Atque ista relatio vel ex eo mihi semper visa fuit verosimilis, quod valde illustret controversiam Taboris cum Conringio, & in ipso Taboris exemplo confirmet sententiam Conringii, juris peritos non semper esse prudentes. Ceterum Conringium in eo, quod Taborem passim ut ambitiosum virum, & quidem ut stulte ambitiosum descripscerit, non falsi quid dixisse, vel ex eo apparet, quod idem in titulo dissertationum de tortura & indiciis delictorum Anno 1668. editarum, JCTum eminenissimum vel ipsum appellaverit, vel ab adulatore ita se nominari passus fuerit. Vocatur etiam ibidem Serenissimi Hassiz aliorumque Principum ac Statuum Imperii Consiliarius &c.

dentes vero de suis etiam judicare, decernere, & statuere debeant. Sed prudentia si vulgariter accipiatur, d) qua utun-

d) Integer hic locus de vulgari prudentiaz præœconomica prudentia acceptance, indicat iterum stupiditatem autoris & novum argumentum præbet, quod nullum nisi confusissimum de prudentia quacunque conceptum habuerit.

tur œconomi, eam omnino transcendit scientia JCtorum, quod jam dum suo tempore observavit Pomponius in l. 2. §. fin. ff. quis ordin. bon. possit observ. Et Cujacius in recit. p. 1883. unde & Cicero de Orat. in f. inquit. Aliud est artificem esse cuiusdam generis atq. artis; aliud in communis vita & vulgari hominum consuetudine nec bebetem nec rudem. Quam prudentiam vulgarem si intelligit prædictus autor atque œconomicam, ea officium JCTi non expletur, non sufficit enim eum imbutum esse vulgari pru-

prudentia aliqua, vel habere notitiam politicæ specialis, quam tamen politicam ego figmentum esse putavero, cum politica debeat esse ars, præcepta generalia e) definiens.

e) Novum stupiditatis indicium. Quasi pars cujuscunque disciplinæ specialis non possit tradere præcepta generalia: & quasi ex scala prædicamentali tyrones non didicerint, dari species intermedias, quæ alio respectu etiam generum classem occupant.

Quod nomen politicæ speciali non convenit; sed is debet habere divinarum atque humanarum rerum notitiam, atque sic talem, ut per hanc ei partes Reipublicæ administrandæ tuto committantur; postquam ipsa rerum tritura *vómu* καὶ τάχη f) se eruditum ostenderit. §. ult. proem. In-

f) Utinam noster saltē cum judicio Taborē exscribere dicisset, aut Græca intellexisset, non imprimi curasset τάχη sed πεῖρα i.e. experientia.

*bit. Novell. 82. in pref.* sicque jura noverit non tantum in thesi, sed etiam in hypothesi prudenter applicare allaboraverit. *Tabor tr. de regim. imperant. Eccles. in pref. p. 3.* Enim vero Politica ejusmodi prudentia generalis, cum jam dum ab Aristotele sit confecta, nihil novi meditatur. Leges etiam alias atque alias à Iure Justinianeo diversas effingere, relictā via regia, esset temerarium, imo etiam otiosum, cum ICti scientiam seu peritiam juris & prudentiam ejusdem juris pro synonymis & inseparabilibus habeant. *Vid. L. 1. & 2. ff. de l. l. g. de jur. & fact. ignorant. d. l. 17. ff. de jur. patronat.* B. Tabor in tr. de regim. imperant. Eccles. th. 24. in fin. g) Non itaque ICti munus auctioribus h) cancellis

g) Si lector solum velit conferre duo loca Taboris, hic a nostro Legista allegata, scil. p. 3. & §. 24. in fine diēt. dissertationis, deprehendet, legistam nequidem fideliter allegare Taborem, sed ex citatis Taboris locis confusissime trajicendo omnia & ex prioribus posteriora, ex his priora formando, integrum prope paginam hic exscriptisse.

h) Omnia

h) *Omnia, quæ hic disputat Legista, non feriunt statum controversiæ, ut ex illis, quæ Conringius regessit, & quæ supra lit. c. indicavi, appareat.*

*agendi, respondendi, cavendi &c. concludendum, sed latius extendendum, cum is examinet causas omnes, non tantum ex capite utilitatis, sed etiam honestatis, quare Jus nostrum etiam vocatur, ars æqui & boni. Hinc Tullius i)*

i) *Idem tamen Tullius etiam illius sententiaæ autor est, quæ Jcti munus arctioribus cancellis incluserat, ut ex d. Corollario Taboris mihi p. 96. patet, quod cur exscriptor hic dissimulaverit, singulari ipsius astutiaæ, scilicet, adscribendum videtur.*

*statur, fuisse Ictos non solum de omni jure civili & causis privatorum aditos, verum de omni etiam officio & negotio Reipublicæ ad eos relatum fuisse. Tab. in d. Corollar. ap. Tract. de Jure cerevis. p. 106. seq. Quod ipsum nec est à mente Joachimi Hopperi k) (quem adeo veneratur Autor, ut*

k) *Cave, ne putas Legistam ex suo ingenio sequentem Hopperi locum adjecisse, sed hoc totum, quicquid hic deprehendis, iterum exscriptis ex Tabore suo in fine partis i. de jure cerevisario §. 10. p. 29. seq. unde etiam emenda hic vitiose descripta.*

*dicat ante eum de legislatoria arte in scientiaæ formam redigenda, vix quenquam cogitasse; ) in Lib. 4. sua jurisprud. tit. 23. alienum, dum ait: Politica juris interpretatio ab eo nomen habet, quod in senatu ac Republica, ubi de legibus condendis & corrigendis agitur, & utrum recte latæ sint nec ne, & l) inquiritur, potissimum versatur; & ideo*

*l) Hoc & delendum.*

*neque in communibus scholis tractari debet, ubi leges ipsas juvenes, non autem judicium de legibus, quas ut Deas debere m) oportet, addiscere debent; neque in m) Legendum colere.*

foro

foro ac tribunali, ubi secundum leges, non de iis, est  
judicandum. S. Recte. G. n) sed maxime omnium pertinet.

a) Quid hoc sibi vult? Cave ne fortis putes, literas S. & G.  
denotare Syndicum Görlichensem, eumque hic & in sequenti-  
bus sibi ipsi applaudere, sed meminisse debes, Legistam de-  
scribere locum ex Hoppero. At Hopperus, Platonem imita-  
tus libros suos per modum colloquiorum elaboravit, ubi col-  
locutores sunt Sedwardus & Gregorius.

ad eos, qui arte Nomothetica instructi ( nam inde proxime  
effluit ) legibus in civitate sunt propositi, quos nocturnos  
judices ac senes Plato in secunda Socratis Républica vocat:  
deinde ad summos etiam Dicastas, qui Nomothetis próxi-  
mi, aliquam etiam circa leges inferiores constituendas ac  
cortigendas partem obtinent, ut post dicetur: Post ad ma-  
ximos quosque legum Doctores, ætate, eruditione, & vir-  
tute præstanentes, qui hanc facultatem cum iis seorsim com-  
municare possunt, qui tricesimum quintum annum egressi,  
tales se jam in studiis & vita moribusque probaverint, ut,  
etiamsi quas leges inferiores non optime constitutas repe-  
riant, non tamen obid minus eas colendas, & tanquam tu-  
telares civitatis Deas, ut dictum est, in pretio habendas  
putent, censentes tum quidem, se nondum satis eas intel-  
ligere, tum vero dominabus etiam discolis esse parendum.  
Quos utique in hac disciplina convenit exerceri, ut ubi ad  
Rempublicam venerint, eam quam oportet operam circa  
usum & exercitium legum navare possent. S. Probe. G. Sed  
qui aliter sunt affecti, quemadmodum ad interiorem illam  
partem Reipublicæ, ita nec ad hanc disciplinam admitti de-  
bent, ne ea instructi, supra leges se efferant, & si quid in  
eis non verissimum fortasse inveniant, totas ~~hic~~ & abc-  
lere contendant, quemadmodum saepe accidisse, & quidem  
hoc tempore contingere videmus. Nec alio pertinet, quod

Dd

dicit

dicit Dominus, non esse sanctum dandum canibus, nec projiciendas margaritas ante porcos, ne fortasse conculcent eas pedibus, & conversi dirumpant nos. o) Naturam ho-

o) Haec tenus locus ille ex Hoppero. Et haec tenus etiam prolixior illa digressio Legistæ occasione controversiæ Conringii cum Hoppero. Quæ nunc sequuntur, redeunt iterum ad censuram super epistola præcedente Conringii.

mini socialem non esse principium juris in anterioribus expressum fuit. De fortitudine quod addit eam absque animæ immortalitate non posse demonstrari, sapere verum non puto, nisi velit intellectam fortitudinem theologicam. p)

p) Cur non etiam fingit fortitudinem Juridicam & Medicam, aut etiam legulejisticam & rabulisticam, imprimis cum hæ posteriores quotidie occurrant, & ab impudentia non multum differant?

Ethica enim est mediocritas circa metum & confidentiam, cuius extrema sunt audacia & timiditas. Quid huic autem cum animæ immortalitate? Moralia cæteroquin demonstrari posse, assentior, qua ratione Ethica etiam scientia prædicari poterit, ratione propositionum æternarum, quarum quædam ex se notæ ac demonstrabiles sunt.

## EPISTOLA V.

*In quo Baclerus iterum cynico more de Pufendorfia judicat.*

D E foliis nostris propediem plura recipies, P. Epistolam remitto & controversiam quidem cum Fabricio callide expedit, & dissimulata vera causa, ob quam Fabricius publicæ censuræ optaret tales scriptiones expungit, a) exponit. In cœteris vult superbissime festivus vi-

a) Haud dubie spalma vel graphicum vel typographicum hic latet.

tet. Et putabam quidem hic & in præcedentibus epistolis male impressa emendari posse ex Johannis Græningii Bibliotheca juris Gentium, cum deprehenderem, libro tertio cap. 9., ab eo easdem has epistolas fuisse exhibitas. Sed fecellit me opinio, cum ex collatione earum & comparatione Groningii cum Legista nostro, deprehenderem, imbecillitate judicii illum hunc æquare, impudentia exscribendi & calumniandi vincere & superare. Docbat me etiam collatio illa epistolarum, Grœningum in epistolis omnia sphalmata retinuisse, imo eadem multiplicasse, atque adeo epistolas illas ab autore solis resplendentibus mutuo sumfisse, aut potius, cum eum non nominet, plagiiorum more eum exscriptisse. Exterum tota hæc Epistola Bœcleri posterior docet, Pufendorfum in altera sua Epistola, contra quam hic censuras suas Bœclerus eructat, paulo distinctius quædam de doctrina sua proposuisse, adeoque dolendum esse, quod Legista noster copia ejusdem destitutus eam cum reliquis non potuerit exhibere. Nam hoc si factum fuisset, haud dubie ex collatione hujus epistolæ Bœclerianæ cum illa Pufendorfi longe distinctius malitia & insania Bœcleri ostendi posset, quamvis etiam deficiente illa epistola Pufendorfi, inhumanitas & rusticitas Censoris ubique transpareat.

deri, i. e. geminat velut de plaustro injurias in viros innocentes, & longe diversis moribus à P. ingenio præditos. Scilicet quæ de polygamia & divortiis temeré, de liberorum adversus parentes debito impie scripsit, ideo reprehendent viri graves, quia muliercularum offensiorem animum metuunt? Credisne, Illustr. Domine, (oportet enim ut deposito in omnes studio rem ipsam judices) aliquid potuisse impudentius & nequius dici? Tantus hic homo sibi videtur, ut alios cerebrum in calcaneo gestare arbitretur. Vel potest ne homo mediocriter bonus & doctus (appello tuam fidem per somnium b.) quicquam suspicari de bonis viris? b) Nec hoc intelligo, sed viciose impressum aut descriptum esse arbitror.

Si ad mulierum consilia respiciunt, quoties philosophari volunt, jam quid illud, quod profanissime de parentibus & liberis c) effudit, ad fœminas seorsim pertinet? Sed & c) Repete suprà notata ad Epist. 3. lit. dd.

falsum est, ex mero Jure N. rem ita sese habere, nisi ex mero jure N. mera velis commenta P. facere. De polygania d) scio disputari posse. De divortiis majori cautione

d) Repete iterum notata ibidem lit. ee.

opus est. De liberis & parentibus ne  $\chi\eta$  quidem ad minuendam P. improbitatem dici potest. Quod nihil se à bonis scriptoribus juvari posse in suo instituto scribit, in eo valde mireris, si non cognoscas, ingenium à Grotianæ doctrinæ rationibus, i. e. optimis, immane quantum diversum, & ubi machinam suam absolverit, supereft, ut ornatum exspectes ab hoc homine, Grotio longe illustriore. Si socialitas naturæ humanæ (utitur hac voce Plinius) primum P. principium est, primo scire debebat, non ipsius hoc ingenio deberi, sed Ciceronem in officiis & alios vel antequam Theognis natus esset, omnia Juris & officii præcepta abea origine repetivisse. Deinde quærebatur de methodo: Si secutus est methodum, quam prioribus literis descripsit, cur postremo loco posuit & post definitiones, cum definitiones hanc præcedant? Quod Hopperi scientia ab ipso A. tum hypotheseos causa adsumpta sit, nemo dicere aut credere potest, qui Hopperum legit. Itaque hic quoque nugatur P. Quod eò confidentius possem dicere, (quamquam quid evidenter est verbis Hopperi serio loquentis & serio intelligi volentis) quia scio Hopperum, cum in Galliam venisset, à Petro Gassendo & aliis monitum, ut errores manifestos emendaret, obfirmasse animum, & in notis sua commenta denuo communivisse. Quid clarius? De immortalitate animæ & pœnis, quæ habet P. satis ostendunt, eum

eum veram rationem juris (quam, quia in veteribus hospes est, Seldenus eum docere potuit) ignorare. De Craniis e) quæ addit, non possum satis intelligere, quia puto

e) Ita haud dubie addito signo abbreviationis scriptum erat in exemplari. Sed miror, etiam Gröningum hoc sphalma typographicum non emendasse, cum tamen contextus ostendat, imprimendum fuisse: *Conringianus*.

eum de Propolitica loqui. Illud miror, quod tam secure de Hoppero pronunciat, & auctoritatem magni JCri sibi circumdat in rebus, quarum in solidum expertem esse nemo ignorat. Nam quod ipsum τὸ οὐαίω C. f) quoque cen-

f) Habes hic & adulatio[n]is intempestivæ, & scurrilitatis novum specimen, quamvis omni exceptione majus. Confer nota[ta] ad dict. Epist. 3. supta lit. oo.

sura superiore prosequitur, ea res pene litem in nasum concivisset, si cuiquam irasci vacaret. Dixi satis in superioribus meis literis; sed & Græcus ille (ita huic Philosophastro per contemptum audit Aristoteles, quem nemo Philosophorum satis admirari potest) prurientis cen[tr]uras calami & intemperiem non potuit effugere. Quasi vero cœteri viri erudit[er] fera pecora esent, & tantum auctoritate Aristotelis ducerentur, non rationibus. Iterum admiror g)

g) Nota hic adulatoria[m] irritationem Boineburgii in Pufendorfium.

quod non est reverentior tui judicii P. Non ignoras illustr: Domine illum demum posse dicere: Non juro in hujus Magistri verba, qui intelligit & scit, quid Magister dicat. Ast si quis illis diligenter ignoratis nihil sibi cum Magistro illo dicat, ineptissime arrogans & stolidus habebitur. Sed nolo noctuas Athenas portare. Unum est, quod te semper & summe rogare opere non desinam, ut me tuo favore porro dignem-

digneris. Deus cum eminentissimo & serenissimo Hero nostro Te hospitet, servetque scrib. Argent. d. 3. Febr. 1663.

*Illustr. Tha Excell.*

I. H. B.

## JUDICIUM LEGISTÆ DE HAC EPISTO- LA BOECLERI.

**S**Optimæ epistolæ scriptor insultat erga autorem tertii epistolii, quod ex Jure naturæ mero, mera commenta effingat; quod gaudeat prurientis calami intemperie; quod thrasonicâ verba edat, adeo ut credatur ejus ornatus longe illustrior Grotio: quod ex Cicerone omnia juris & officii præcepta scripserit; Quod multa nugetur, veram autem juris rationem ignoret.

F I N I S.

